**104.** Idem *libro VIII. Fideicommissorum.*—Ante restitutam hereditatem solutiones et liberationes factae ab herede, ratae habebuntur.

**104.** El mismo; *Fideicomisos, libro VIII.*— Los pagos y las liberaciones, que por el heredero se hicieron antes de ser restituída la herencia, se considerarán válidos.

**105.** Paulus *libro singulari ad Legem Falcidiam.*— Quod dicimus in eo herede, qui fideiussori testatoris id, quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est, (1) debere statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est; nec enim cum sacco adire debet.

**105.** Paulo; *Comentarios á la ley Falcidia, libro único.* — Lo que decimos respecto al heredero, que debe pagarle inmediatamente al fiador del testador, lo que por éste se pagó antes de adida la herencia, ha de ser entendido ciertamente con alguna moderación respecto al tiempo; porque no debe adir la herencia con el bolsillo en la mano.

**106.** Gaius *libro II. de verborum Obligationibus.* —Aliud est, iure stipulationis Titio solvi posse, aliud, postea permissu meo id contingere; nam cui iure stipulationis recte solvitur, ei etiam prohibente me recte solvi potest; cui vero alias permisero solvi, ei non recte solvitur, si, priusquam solveretur, denuntiaverim promissori, ne ei solveretur.

**106.** Gayo; *De las Obligaciones verbales, libro II.* — Una cosa es que se le pueda pagar á Ticio por derecho de estipulación, y otra, que después tenga esto lugar con mi permiso; porque á aquel á quien se le paga bien por derecho de estipulación, se le puede pagar bien aun prohibiéndolo yo; mas á aquel á quien yo de otro modo hubiere permitido que se le pague, no se le paga bien, si, antes que se le pagase, yo le hubiere hecho saber al prometedor que no le pagase.

**107.** Pomponius *libro II. Enchiridii.* — Verborum obligatio aut naturaliter resolvitur, aut civiliter; naturaliter, veluti solutione, aut quum res in stipulationem deducta sine culpa promissoris in rebus humanis esse desiit; civiliter, veluti acceptilatione, vel quum in eandem personam ius stipulantis promittentisque devenit.

**107.** Pomponio; *Enquiridion, libro II.* — La obligación verbal se disuelve ó natural, ó civilmente; naturalmente, como por el pago, ó cuando la cosa comprendida en la estipulación dejó de existir sin culpa del prometedor; civilmente, como por la aceptilación, ó cuando el derecho del estipulante y del prometedor se reune en una misma persona.

**108.** Paulus *libro II. Manualium.* — Ei, qui mandatu meo post mortem meam stipulatus est, recte solvitur, quia talis est lex obligationis; ideoque etiam invito me recte ei solvitur. Ei autem, cui iussi debitorem meum post mortem meam solvere, non recte solvitur, quia mandatum morte dissolvitur (2).

**108.** Paulo; *Manual, libro II.*—Se le paga bien á aquel que por mandato mío estipuló después de mi muerte, porque tal es la ley de la obligación; y por ello, aun contra mi voluntad se le paga bien. Mas á aquel, á quien mandé que un deudor mío le pagase después de mi muerte, no se le paga bien, porque el mandato se disuelve con la muerte.

## TIT. IV

### DE ACCEPTILATIONE (3)

[*Cf. Cod. VIII. 44. (43.)*]

## TÍTULO IV

### DE LA ACEPTILACIÓN

[*Véase Cód. VIII. 44. (43.)*]

**1.** Modestinus *libro II. Regularum.*—Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio.

**1.** Modestino; *Reglas, libro II.*—La aceptilación es una liberación por medio de mútua interrogación, por la cual tiene lugar respecto de ambas partes la disolución del mismo vínculo.

**2.** Ulpianus *libro XXIV. ad Sabinum.*— Pupillum per acceptilationem etiam sine tutoris auctoritate liberari posse placet.

**2.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XXIV.* —Está determinado, que el pupilo puede ser liberado por la aceptilación aun sin la autoridad del tutor.

**3.** Paulus *libro IV. ad Sabinum.*—Per procuratorem nec liberari, nec liberare quisquam acceptilatione sine mandato potest.

**3.** Paulo; *Comentarios á Sabino, libro IV.* — Nadie puede ser liberado, ni liberar, con la aceptilación por medio de procurador, sin mandato.

**4.** Pomponius (4) *libro IX. ad Sabinum.*—Acceptilatio sub conditione fieri non potest.

**4.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro IX.*— No se puede hacer aceptilación bajo condición.

**5.** Ulpianus *libro XXXIV. ad Sabinum.* — In diem acceptilatio facta nullius est momenti, nam solutionis exemplo acceptilatio solet liberare.

**5.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.* — La aceptilación hecha á término es de ningún valor, porque la aceptilación suele liberar á la manera que el pago.

**6.** Idem *libro XLVII. ad Sabinum.* — Pluribus stipulationibus factis si promissor ita accepto ro-

**6.** El mismo; *Comentarios á Sabino, libro XLVII.* —Habiéndose hecho muchas estipulaciones, si el

(1) **debet,** *conjetura Br. que se debe añadir.*
(2) **quia mandatum morte dissolvitur,** *considéranse añadidas por antiguos copistas.*

(3) ACCEPTILATIONIBUS, *Vulg.*
(4) Ulpianus, *Hal.*

gasset: «quod ego tibi promissi, habesne acceptum?» si quidem apparet, quid actum est, id solum per acceptilationem sublatum est; si non apparet, omnes stipulationes solutae sunt; dummodo illud sciamus, si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil valere acceptilationem.

prometedor hubiese rogado así que se le diese por cumplido: «¿tienes por recibido lo que yo te prometí?», si verdaderamente aparece qué es lo que se trató, esto sólo se disolvió por medio de la aceptilación; si no aparece, se disolvieron todas las estipulaciones; con tal que sepamos, que, si yo dí por recibida una cosa, y tú rogaste otra, de nada vale la aceptilación.

7. Idem *libro L. ad Sabinum.* — Sane et sic acceptilatio fieri potest: «accepta facis decem?» ille respondit: «facio».

7. El mismo; *Comentarios á Sabino, libro L.*— Verdaderamente también se puede hacer así la aceptilación: «¿das por recibidos diez?» y él responde: «los doy».

8. Idem *libro XLVIII. ad Sabinum.* — An inutilis acceptilatio utile habeat pactum, quaeritur; et nisi in hoc quoque contra sensum est, (1) habet pactum. Dicet aliquis: potest ergo non esse consensus; cur non possit? Fingamus, eum, qui accepto ferebat, scientem prudentemque, nullius esse momenti acceptilationem, sic accepto tulisse, quis dubitat non esse pactum, quum consensum paciscendi non habuerit?

§ 1.—Servus communis sicut uni ex dominis stipulari potest, ita etiam acceptum rogare uni ex dominis potest, eumque in solidum liberat; et ita Octavenus putat.

§ 2.—Accepto liberare servus communis alterum ex dominis etiam ab altero domino potest; id enim et Labeoni placuit. Denique libro Pithanon (2) scripsit, si a Primo domino, Secundo socio domino suo (3) stipulatus fuerit, posse Secundum (4) accepto rogare et per acceptilationem Primum liberare, quem ipse obligaverat; sic fieri, ut per unum atque eundem servum et constituatur, et tollatur obligatio.

§ 3.—Acceptum fieri non potest, nisi quod verbis colligatum est; acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia et ipsa verbis fit; neque enim potest verbis tolli, quod non verbis contractum est.

§ 4.—Filiusfamilias promittendo patrem civiliter non obligat, sed se obligat; propter quod accepto rogare filiusfamilias potest, ut se liberet, quia ipse obligatus est; pater autem acceptum rogando nihil agit, quum non sit ipse obligatus, sed filius. Idem erit et in servo dicendum; nam et servus accepto liberari potest; et tolluntur etiam honorariae obligationes, si quae sunt adversus dominum, quia hoc iure utimur, ut iuris gentium sit acceptilatio. Et ideo puto, et graece posse acceptum fieri, dummodo sic fiat, ut latinis verbis solet: ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών *[Habesne acceptos denarios tot? habeo acceptos.]*

8. El mismo; *Comentarios á Sabino, libro XLVIII.* — Se pregunta si una aceptilación inútil contiene pacto útil; y contiene pacto, á no ser que también sobre esto se haya entendido lo contrario. Dirá alguno: luego puede no haber consentimiento; ¿por qué no podría haberlo? Supongamos que el que daba por recibido, á ciencia y paciencia de que la aceptilación era de ningún valor, dió así por recibido; ¿quién duda que no hay pacto, porque no habría el consentimiento para pactar?

§ 1.—Un esclavo común así como puede estipular para uno solo de sus dueños, así también puede rogar que se dé por cumplido á uno solo de sus dueños, y á éste lo libera por completo; y así lo cree Octaveno.

§ 2.—Mediante la aceptilación puede un esclavo común liberar á uno de sus dueños aun respecto al otro dueño; porque esto le pareció bién también á Labeon. Finalmente escribió en el libro de sus Dichos, que si de Primo, su dueño, hubiere estipulado para Segundo, condueño suyo, podía rogarle á Segundo que diera por recibido y liberar por la aceptilación á Primo, á quien él mismo había obligado; y así sucede, que por medio de un mismo esclavo se constituye y se disuelve la obligación.

§ 3.—No se puede dar por recibido sino lo que quedó obligado verbalmente; porque la aceptilación extingue la obligación verbal, pues también ella se hace con palabras; porque no se puede disolver con palabras lo que no se contrató verbalmente.

§ 4.—Un hijo de familia, prometiendo, no obliga civilmente á su padre, pero se obliga él; por lo cual el hijo de familia puede rogar la aceptilación, para quedar libre, porque él mismo se obligó; pero el padre rogando la aceptilación no hace nada, porque él mismo no hace nada, sino su hijo. Lo mismo se habrá de decir también respecto al esclavo; porque también el esclavo se puede liberar con la aceptilación; y se extinguen también las obligaciones honorarias, si hay algunas contra el señor, porque observamos el derecho, que la aceptilación sea de derecho de gentes. Y por esto creo que la aceptilación se puede hacer también en griego, con tal que se haga como suele hacerse con las palabras latinas: «¿das por recibidos tantos denarios? los doy por recibidos».

9. Paulus *libro XII. ad Sabinum.*— Pars stipulationis accepto fieri potest non tantum si sic dicat: «ex numis decem, quos tibi promisi, quinque habesne acceptos?» sed et si sic: «quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habesne acceptum?»

9. Paulo; *Comentarios á Sabino, libro XII.* — Se puede hacer aceptilación de parte de una estipulación, no solamente si uno dijera así: «¿das por recibidas cinco de las diez monedas, que te prometí?» sino también si de este modo: «¿das por recibido en su mitad lo que yo te prometí?»

10. Pomponius *libro XXVI. ad Sabinum.* — Sed

10. Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*

(1) quoque consensum est, non habet, *Vulg.*
(2) Πειθανῶν [*verisimilium*], *Hal.*; Epitomarum, *Vulg.*
(3) Secundo domino socio suo, *Hal. Vulg.*
(4) a Secundo, *Hal.*

si non numerata pecunia, sed certum corpus, veluti homo, in stipulationem deductus est, potest ex parte acceptilatio fieri; quo modo et uni ex heredidus acceptum fieri potest.

**11.** Paulus *libro XII. ad Sabinum.* — Species acquirendi est liberare dominum obligatione; et ideo fructuarius quoque servus liberare acceptum rogando fructuarium potest, quia ex re eius videtur ei acquirere. Sed et si usum tantum habemus, idem fiet. Idemque dicemus et in eo, qui bona fide nobis servit, et in ceteris, qui nostro iuri (1) subiecti sunt.

§ 1.—Sed et si servo, quod ipse mihi promisit, acceptum fecero, inutiles mihi erunt adversus dominum honorariae actiones, quae de peculio vel in rem verso dantur.

§ 2.—Si servus hereditarius ante aditam hereditatem acceptum roget, quod defunctus (2) promisit, verius puto, contingere liberationem, ut per hoc hereditas ipsa liberetur.

§ 3.—Sed etsi dominus apud hostes sit, dicendum est, iure postliminii confirmari acceptilationem, nam et stipulari ei, qui apud hostes est, servus potest.

**12.** Pomponius *libro XXVI. ad Sabinum.*—Quod in diem, vel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest; sed ita id factum apparebit, si conditio stipulationis extiterit; vel dies venerit.

**13.** Ulpianus *libro L. ad Sabinum.*—Et per iusiurandum liberti interpositam operarum obligationem per acceptilationem tolli, verius est.

§ 1.—Si id, quod in stipulationem deductum est, divisionem non recipiat, acceptilatio in partem nullius erit momenti, utputa si servitus fuit praedii rustici vel urbani. Plane si ususfructus sit in stipulatum deductus, puta fundi Titiani, poterit pro parte acceptilatio fieri, et erit residuae partis fundi ususfructus. Si tamen viam quis stipulatus accepto iter vel actum fecerit, acceptilatio nullius erit momenti; hoc idem est probandum, si actus accepto fuerit latus; si autem iter et actus accepto fuerit latus, consequens erit dicere, liberatum eum, qui viam promisit.

§ 2.—Illud certum est, eum, qui fundum stipulatus, usumfructum vel viam accepto facit, in ea esse causa, ut acceptilatio non valeat; qui enim accepto facit, vel totum, vel partem eius, quod stipulatus est, debet accepto facere; hae autem partes non sunt, non magis, quam si quis domum stipulatus accepto ferat caementa, vel fenestras, vel parietem, vel diaetam.

§ 3.—Si quis usumfructum stipulatus, usum accepto tulerit, si quidem sic tulerit acceptum, quasi

(1) *La corrección del códice Fl.;* **iure subiecti,** *la escritura original, Br.*

(2) mihi, *insertan Hal. Vulg.*

— Pero también si no se comprendió en la estipulación dinero contante, sino cierta cosa, por ejemplo, un esclavo, se puede hacer la aceptilación de una parte; de cuyo modo también se le puede hacer aceptilación á uno sólo de los herederos.

**11.** Paulo; *Comentarios á Sabino, libro XII.* — Librar al dueño de una obligación es una manera de adquirir; y por lo tanto, también el esclavo usufructuario puede librar al usufructuario rogando la aceptilación, porque se considera que adquiere para éste por cosa de él. Pero aun si tenemos solamente el uso sucederá lo mismo. Y lo mismo diremos también respecto al que de buena fe nos presta servidumbre, y en cuanto á los demás, que están sujetos á nuestra potestad.

§ 1.—Pero también si á un esclavo le hubiere yo dado por recibido lo que él mismo me prometió, me serán inútiles contra el señor las acciones honorarias, que se dan respecto al peculio ó por lo que se invirtió en los bienes.

§ 2.—Si un esclavo de la herencia rogase antes de adida la herencia la aceptilación por lo que el difunto prometió, creo más verdadero que tiene lugar la liberación, de suerte que por este medio quedaría libre la misma herencia.

§ 3.—Pero aunque el dueño estuviera en poder de los enemigos, se ha de decir que se confirma la aceptilación por derecho de postliminio, porque el esclavo puede también estipular para el que está en poder de los enemigos.

**12.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.* — Se puede extinguir por la aceptilación lo que se debe á término ó bajo condición; pero aparecerá que esto se hizo así, si se hubiere cumplido la condición de la estipulación, ó hubiere vencido el término.

**13.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro L.*—La obligación de servicios interpuesta con juramento de un liberto es más cierto que también se extingue por la aceptilación.

§ 1.—Si lo que se comprendió en la estipulación no admitiera división, la aceptilación por una parte será de ningún valor, por ejemplo, si se trataba de una servidumbre de predio rústico ó urbano. Mas si en la estipulación se hubiera comprendido el usufructo, por ejemplo, del fundo Ticiano, se podrá hacer la aceptilación respecto á una parte, y quedará el usufructo de la restante parte del fundo. Mas si habiendo uno estipulado la servidumbre de vía hubiere hecho aceptilación en cuanto al paso ó á la conducción, la aceptilación será de ningún valor; esto mismo se ha de admitir, si se hubiere hecho aceptilación en cuanto á la conducción; pero si se hubiere hecho la aceptilación respecto al paso y á la conducción, será consiguiente decir, que quedó libre el que prometió la servidumbre de vía.

§ 2.—Es cierto, que el que estipuló un fundo, y hace aceptilación en cuanto al usufructo ó á la servidumbre de vía, se halla en el caso de que no sea válida la aceptilación; porque el que hace aceptilación, debe hacer la aceptilación en cuanto á la totalidad, ó á parte de lo que estipuló; mas estas no son partes, no de otra suerte, que si alguno habiendo estipulado una casa diera por recibidos los cementos, ó las ventanas, ó una pared, ó una habitación.

§ 3.—Si alguno, habiendo estipulado el usufructo, hubiere hecho aceptilación del uso, si verdade-

usu debito, liberatio non continget. Si vero quasi ex usufructu, quum possit usus sine fructu constitui, dicendum est, acceptilationem valere.

ramente hubiere hecho la aceptilación así como si fuese debido el uso, no tendrá lugar la aceptilación. Pero si como del usufructo, como el uso pueder ser constituído sin el fruto, se ha de decir que es válida la aceptilación.

§ 4.—Si is, qui hominem stipulatus est, Stichum accepto tulerit, Iulianus libro quinquagesimo (1) quarto Digestorum scripsit, acceptilationem aliquid egisse, tollisseque (2) totam obligationem; quod enim invito stipulatori promissor solvere potest, id et acceptum latum liberationem pariet.

§ 4.—Si el que estipuló un esclavo hubiere dado por recibido á Stico, escribió Juliano en el libro quincuagésimo cuarto del Digesto, que la aceptilación tuvo algún efecto, y extinguió toda la obligación; porque lo que el prometedor puede pagarle al estipulante contra la voluntad de éste, aun habiendo sido dado por recibido producirá la liberación.

§ 5.—Eum, qui fundum stipulatus est, non posse de dolo malo clausulam acceptum ferre, constat; non enim in partem debiti id constitit, et aliud est, quod debetur, aliud, quod accepto fertur.

§ 5.—Es sabido que el que estipuló un fundo no puede hacer aceptilación de la cláusula de dolo malo; porque esto no constituyó una parte de la deuda, y una cosa es lo que se debe, y otra lo que se da por recibido.

§ 6.—Si Stichum aut decem sub conditione stipulatus, Stichum (3) acceptum fecerit, et pendente conditione Stichus decesserit, decem in obligatione (4) manebunt, perinde ac si acceptilatio interposita non fuisset.

§ 6.—Si, habiendo uno estipulado bajo condición el esclavo Stico ó la suma de diez, hubiere hecho aceptilación de Stico, y Stico hubiere fallecido estando pendiente la condición, permanecerán los diez en la obligación, lo mismo que si no se hubiese interpuesto la aceptilación.

§ 7.—Si fideiussori accepto fuerit latum, quum reus re, non verbis fuisset obligatus, an reus quoque liberetur? Et hoc iure utimur, ut, licet reus non sit verbis obligatus, tamen acceptilatione per fideiussorem liberetur.

§ 7.—Si se hubiere dado por recibido del fiador cuando el deudor se hubiese obligado por la cosa, no verbalmente, ¿quedará también libre el deudor? Y observamos este derecho, que aunque el deudor no se haya obligado verbalmente, ello no obstante, quedará libre con la aceptilación por medio del fiador.

§ 8.—Si legatorum sub conditione relictorum fideiussori dato accepto latum sit, legata debebuntur, postea conditione eorum existente.

§ 8.—Si al fiador se le hubiera dado por cumplido respecto á legados dejados bajo condición, se deberán los legados después que se haya cumplido la condición de los mismos.

§ 9.—Qui ita stipulatur a fideiussore: «quod Titio credidero, fide tua esse iubes?» deinde, antequam crederet, acceptum fecit fideiussori, reus non liberabitur, sed quandoque ei creditum fuerit, tenetur; nam etsi fideiussorem non ante liberatum esse credimus, quam quum fuerit creditum reo, non tamen reus antiquiore acceptilatione, quam obligatio eius est, liberari potuit.

§ 9.—El que así estipula del fiador: «¿mandas que quede bajo tu fianza lo que yo le hubiere prestado á Ticio?» y después, antes que le prestase, le dió por cumplido al fiador, el reo no quedará libre, sino que estará obligado cuando á él se le hubiere prestado; porque aunque no creemos que el fiador quedó liberado antes que se le hubiere prestado al reo, sin embargo, el reo no pudo quedar libre por una aceptilación anterior á su obligación.

§ 10.—Tutor, curator furiosi (5) acceptum ferre non potuit; nec procurator quidem potest facere acceptum, sed hi omnes debent novare; possunt enim et sic accepto facere. Ne his quidem accepto fieri potest, sed novatione facta poterunt liberari per acceptilationem. Nam et in absentium persona hoc remedio uti solemus, stipulamur ab aliquo id novandi causa, quod nobis absens debet, et ita accepto liberamus, a quo stipulati sumus; ita fiet, ut absens novatione, praesens acceptilatione liberetur.

§ 10.—El tutor ó el curador de un loco no pudo dar por recibido; ni ciertamente puede hacer aceptilación el procurador, sino que todos éstos deben hacer novación; porque también de este modo pueden hacer aceptilación. Tampoco ciertamente se les puede hacer á éstos aceptilación, pero habiéndose hecho novación podrán quedar libres por la aceptilación. Porque también respecto de la persona de los ausentes solemos utilizar este remedio, que por causa de novación estipulamos de alguno lo que el ausente nos debe, y así libramos por aceptilación á aquel de quien hemos estipulado; y de este modo resultará, que el ausente quedará libre por la novación, y el presente por la aceptilación.

§ 11.—Heres quoque et liberare, et liberari accepto potest, et honorarii successores.

§ 11.—Por la aceptilación pueden liberar, y quedar liberados también el heredero y los sucesores por derecho honorario.

§ 12.—Ex pluribus reis stipulandi si unus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidnm.

§ 12.—Si de muchos reos de estipular uno solo hubiere hecho la aceptilación, la liberación tiene lugar por completo.

**14.** PAULUS *libro XII. ad Sabinum.* — Nisi consentiat acceptilatio cum obligatione, et nisi verum est, quod in acceptilatione demonstratur, imperfecta est liberatio, quia verbis verba ea demum resolvi possunt, quae inter se congruunt.

**14.** PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XII.*— Si la aceptilación no concordara con la obligación, y si no es verdad lo que se indica en la aceptilación, es imperfecta la liberación, porque con palabras se pueden dejar sin efecto solamente las palabras que entre sí son congruentes.

(1) quinquagesimo, *omitala Vulg.*
(2) tulisseque, *Hal Vulg.*
(3) *La corrección del códice Fl.;* aut decem, *inserta Taur. según la escritura original, Br.*

(4) *Hal. Vulg.;* obligationem, *el códice Fl.*
(5) vel prodigi, *inserta Vulg.*

**15.** POMPONIUS *libro XXVII. ad Sabinum.* — Si is, qui Stichum promisit (1), ita interroget: «quod Stichum promisi, Stichum et Pamphilum habesne acceptos?» puto recte accepto latum, et pro supervacuo (2) Pamphili mentionem factam, quemadmodum si is, qui decem promisit, ita interroget: «quod tibi decem promisi, viginti habesne accepta?» etiam decem nomine erit liberatus.

**16.** ULPIANUS *libro VII. Disputationum.* — Si ex pluribus obligatis uni accepto feratur, non ipse solus liberatur, sed et hi, qui secum obligantur; nam quum ex duobus pluribusque eiusdem obligationis participibus uni accepto fertur, ceteri quoque liberantur, non quoniam ipsis accepto latum est, sed quoniam velut solvisse videtur is, qui acceptilatione solutus est.

§ 1.—Si iudicati fideiussor sit datus, acceptus, eique accepto latum sit, liberabitur et iudicatus.

**17.** IULIANUS *libro LIV. Digestorum.* — Qui hominem aut decem stipulatus est, si quinque accepto fecerit, partem stipulationis peremit, et petere quinque, aut partem hominis potest.

**18.** FLORENTINUS *libro VIII. Institutionum.*— Et uno, et pluribus contractibus, vel certis, vel incertis, vel quibusdam exceptis ceteris, et omnibus ex causis una acceptilatio et liberatio fieri potest.

§ 1.—Eius rei stipulatio, quam acceptilatio (3) sequatur, a Gallo Aquilio talis exposita est: «Quidquid te mihi ex quacunque causa dare facere oportet, oportebit, praesens in diemve, quarumque rerum mihi tecum actio, quaeque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est eritve, quodve tu meum habes, tenes, possides, quanti quaeque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius (4), spopondit Numerius Negidius (5); quod Numerius Negidius (6) Aulo Agerio (7) promisit, spopondit, id haberetne a se acceptum, Numerius Negidius (8) Aulum Agerium (9) rogavit, Aulus Agerius (10) Numerio Negidio (11) acceptum fecit».

**19.** ULPIANUS *libro II. Regularum.*— Si accepto latum fuerit ei, qui non verbis, sed re obligatus est, non liberatur quidem, sed exceptione doli mali vel pacti conventi se tueri potest.

§ 1.—Inter acceptilationem et apocham hoc interest, quod acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non alias, quam si pecunia soluta sit.

**20.** IDEM *libro LXXVII. ad Edictum.*—Si accepto fuerit lata ob rem iudicatam clausula, Marcellus ait, ceteras partes stipulationis evanuisse; propter hoc enim tantum interponuntur, ut res iudicari possit.

(1) **expromisit**, *Hal.*
(2) *Taur. según la escritura original;* **supervacuam** *por* **pro supervacuo**, *la corrección del códice Fl., Br.*
(3) *Hal. Vulg.;* **acceptio**, *el códice Fl.*
(4) **Angerius**, *Vulg.*
(5) **Nigidius**, *Hal. Vulg.*

**15.** POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXVII.* — Si el que prometió el esclavo Stico interrogara así: «¿habiendo yo prometido el esclavo Stico, das tú por recibidos á Stico y Pánfilo?» opino que se hizo bien la aceptilación, y que supérfluamente se hizo mención de Pánfilo, á la manera que, si el que prometió diez interrogara así: «¿habiéndote yo prometido diez, das tú por recibidos veinte?» quedará también libre por razón de los diez.

**16.** ULPIANO; *Disputas, libro VII.*—Si á uno solo de muchos obligados se le diera por cumplido, no se libera él sólo, sino también los que con él están obligados; porque cuando á uno solo de dos ó más partícipes de la misma obligación se le da por cumplido, quedan libres también los demás, no porque á los mismos se les hizo aceptilación, sino porque se considera como que pagó el que quedó libre por la aceptilación.

§ 1.—Si se hubiera dado fiador de cosa juzgada, habiendo sido aceptado, y habiéndosele hecho á él aceptilación, se liberará también el condenado.

**17.** JULIANO; *Digesto, libro LIV.*— El que estipuló un esclavo ó la suma de diez, si hubiere hecho aceptilación por cinco, extingue una parte de la estipulación, y puede pedir los cinco, ó la parte del esclavo.

**18.** FLORENTINO; *Instituta, libro VIII.* — Tanto por uno, como por muchos contratos, ó ciertos ó inciertos, ó por algunos, exceptuados los demás, y por todas las causas, se puede hacer una sola aceptilación y liberación.

§ 1.—Tal fué expuesta por Galo Aquilio la estipulación de aquel negocio al cual sigue la aceptilación: «Por todo lo que por cualquier causa tú me debes al presente, ó me deberás en su día, dar y hacer, y por todas las cosas por las que tengo acción contra tí, y por las que tengo ó tendré contra tí petición, ó persecución contra tí, y por todo lo mío que tienes, retienes y posees, Aulo Agerio estipuló y Numerio Negidio prometió que se daría tanto dinero cuanto valiere cada una de aquellas cosas; Numerio Negidio rogó á Aulo Agerio si daría por recibido por él lo que Numerio Negidio prometió y ofreció á Aulo Agerio, y Aulo Agerio se lo dió por recibido á Numerio Negidio».

**19.** ULPIANO; *Reglas, libro II.* — Si se le hubiere dado por cumplido al que se obligó no verbal, sino realmente, no queda ciertamente libre, pero se puede amparar con la excepción de dolo malo, ó con la de pacto convenido.

§ 1.—Entre la aceptilación y el ápoca hay esta diferencia, que por la aceptilación tiene lugar de todos modos la liberación, aunque no se haya pagado el dinero, y con el ápoca no de otra suerte, sino si se hubiera pagado el dinero.

**20.** EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXXVII.* — Si se hubiere dado por cumplida la cláusula relativa á cosa juzgada, dice Marcelo, que quedaron sin efecto las demás partes de la estipulación; porque se interponen solamente para esto, para que el negocio pueda ser juzgado.

(6) **Nigidius**, *Hal. Vulg.*
(7) *Véase la nota 4.*
(8) *Véase la nota 5.*
(9) *Véase la nota 4.*
(10) *Véase la nota 4.*
(11) *Véase la nota 5.*

**21.** VENULEIUS *libro XI. Stipulationum.*—Si sub conditione legatum mihi datum novandi causa stipulatus sum, et ante existentem conditionem acceptum fecero, Nerva filius ait, etiamsi conditio extiterit, neque ex testamento competituram actionem, quia novatio facta sit, neque ex stipulatu, quae acceptilatione soluta sit.

**22.** GAIUS (1) *libro III. de Verborum obligationibus.* — Servus nec iussu domini acceptum facere potest.

**23.** LABEO (2) *libro V. Pithanon a Paulo epitomatorum.* — Si ego tibi acceptum feci, nihilo magis ego a te liberatus sum. Paulus: imo quum locatio conductio, emtio venditio conventione facta est, et nondum res intercessit, utrinque per acceptilationem, tametsi ab alterutra parte duntaxat intercessit, liberantur obligatione.

**21.** VENULEYO; *Estipulaciones, libro XI.* — Si por causa de hacer novación estipulé el legado que se me dió bajo condición, y antes de cumplirse la condición yo lo hubiere dado por recibido, dice Nerva, el hijo, que, aunque se hubiere cumplido la condición, ni competerá la acción en virtud del testamento, porque se hizo novación, ni la de lo estipulado, la cual se disolvió por la aceptilación.

**22.** GAYO; *De las obligaciones verbales, libro III.* — Ni aun por mandato de su señor puede el esclavo dar por recibido.

**23.** LABEON; *Dichos recopilados por Paulo, libro V.* — Si yo te hice aceptilación, no por ello quedé libre respecto á tí. Y dice Paulo: antes bien, cuando por convención se hicieron locación y conducción, ó compra-venta, y aun no medió la cosa, quedan libres de la obligación por ambas partes mediante la aceptilación, aunque ésta haya mediado solamente por una de las partes.

## TIT. V

### DE STIPULATIONIBUS PRAETORIIS

1. ULPIANUS *libro LXX. ad Edictum.* — Praetoriarum stipulationum tres videntur esse species, iudiciales, cautionales, communes.

§ 1.—Iudiciales eas dicimus, quae propter iudicium interponuntur, ut ratum fiat, ut iudicatum solvi, et ex operis novi nuntiatione.

§ 2.—Cautionales sunt autem, quae instar actionis habent, et ut sit nova actio (3), intercedunt, ut de legatis stipulationes, et de tutela, et ratam rem haberi, et damni infecti.

§ 3.—Communes sunt stipulationes, quae fiunt iudicio sistendi causa.

§ 4.—Et sciendum est, omnes stipulationes natura sui cautionales esse; hoc enim agitur in stipulationibus, ut quis cautior sit, et securior interposita stipulatione.

§ 5.—Stipulationum istarum praetoriarum quaedam sunt, quae satisdationem exigunt, quaedam nudam repromissionem; sed perpaucae sunt, quae nudam repromissionem habent; quibus enumeratis apparebit, ceteras non esse repromissiones, sed satisdationes.

§ 6.—Stipulatio itaque ex operis novi nuntiatione alias satisdationem, alias repromissionem habet. Ex qua operis novi nuntiatione satisdari oporteat, quemadmodum satisdetur? namque de eo opere, quod in privato factum erit, satisdatio est (4), de eo, quod in publico repromitti oportet. Sed hi quidem, qui suo nomine cavent, repromittunt, qui alieno, satisdant.

§ 7.—Item ex causa damni infecti interdum repromittitur, interdum satisdatur; nam si quid in flumine publico fiat, satisdatur, de aedibus autem repromittitur.

§ 8.—Stipulatio duplae, repromissio est, nisi si convenerit, ut satisdetur.

§ 9.—Quodsi sit aliqua controversia, utputa si dicatur per calumniam desiderari, ut stipulatio interponatur, ipse Praetor debet super ea re summatim cognoscere, et cautum iubere aut denegare.

## TITULO V

### DE LAS ESTIPULACIONES PRETORIAS

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXX.* — Se considera que hay tres especies de estipulaciones pretorias, judiciales, caucionales y comunes.

§ 1.—Llamamos judiciales á las que se interponen por causa de juicio para que sea válido, como la de pagar lo juzgado, y la derivada de la denuncia de obra nueva.

§ 2.—Son caucionales las que tienen semejanza de acción, y se interponen para que haya una nueva acción, como las estipulaciones sobre legados, sobre la tutela, sobre ratificar una cosa, y por daño que amenaza.

§ 3.—Son comunes las estipulaciones que se hacen por causa de comparecer en juicio.

§ 4.—Y se ha de saber, que todas las estipulaciones son caucionales por su propia naturaleza; porque en las estipulaciones se trata de que uno esté más garantizado y seguro con la estipulación interpuesta.

§ 5.—Hay algunas de estas estipulaciones pretorias que exigen fianza, y otras, nuda promesa, pero son muy pocas las que contienen nuda promesa; y enumeradas ellas aparecerá, que las demás no son promesas, sino afianzamientos.

§ 6.—Y así la estipulación por denuncia de obra nueva contiene unas veces afianzamiento, y otras promesa. ¿Por virtud de qué denuncia de obra nueva se debe afianzar, y cómo se afianza? Porque por la obra que se hubiere hecho en lugar privado hay afianzamiento, y respecto á la que en lugar público, se debe prometer. Mas los que dan caución en nombre propio, prometen, y los que en el de otro, afianzan.

§ 7.—Asimismo, por causa de daño que amenaza unas veces se promete, y otras se afianza; porque si se hiciera algo en río público, se da fianza, pero respecto á las casas, se promete.

§ 8.—La estipulación del duplo es una promesa, si no se hubiere convenido que se dé fianza.

§ 9.—Pero si hubiera alguna controversia, por ejemplo, si se dijera que por calumnia se pretende que se interponga estipulación, el mismo Pretor debe conocer sumariamente de este asunto, y mandar ó denegar que se dé caución.

(1) **Paulus**, *Hal.*
(2) **Iabolenus**, *Vulg.*

(3) **novatio** *por* **nova actio**, *Hal.*
(4) **satisdari** *por* **satisdatio est**, *Hal. Vulg.*

§ 10.—Sed et si quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in stipulatione oporteat, praetoriae erit iurisdictionis.

§ 10.—Pero si fuera conveniente que se añada, ó se quite, ó se cambie algo en la estipulación, también esto será de la jurisdicción del Pretor.

**2.** Paulus *libro LXXIII. ad Edictum.* — Praetoriae stipulationes aut rei restitutionem continent, aut incertam (1) quantitatem.

**2.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXXIII.* — Las estipulaciones pretorias contienen ó la restitución de la cosa, ó una cantidad incierta.

§ 1.—Sicuti (2) stipulatio ex operis novi nuntiatione, qua cavetur, ut opus restituatur, ideoque sive actor, sive reus decesserit pluribus heredibus relictis, uno vincente vel victo totum opus restitui debebit; quamdiu enim aliquid superest, tamdiu non potest videri opus restitutum.

§ 1.—Así como la estipulación por denuncia de obra nueva, con la cual se da caución de que se restablecerá en su primitivo estado la obra, y por ello, ya si el actor, ya si el reo hubiere fallecido dejando muchos herederos, venciendo ó siendo vencido uno, deberá ser restablecida toda la obra; porque mientras subsiste alguna parte no se puede considerar que se restableció en su primer estado la obra.

§ 2.—Incertam quantitatem continet stipulatio iudicatum solvi, et rem ratam dominum habiturum, et damni infecti, et his similes; in quibus respondetur, scindi eas in personas heredum, quamvis possit dici, ex persona heredum promissoris non posse descendentem a defuncto stipulationem diversam conditionem cuiusque facere; at in contrarium summa ratione fit, ut uno ex heredibus stipulatoris vincente in partem eius committatur stipulatio; hoc enim facere verba stipulationis: «quanti ea res est». Sed si unus ex heredibus promissoris totam rem possideat, in solidum eum damnandum Iulianus scribit. In quantum autem ipse ea stipulatione, vel fideiussores, an omnino teneantur, dubitari potest; et videndum ait, ne non committatur. Sed si lite contestata possessor decesserit, unum ex heredibus non maiore ex parte damnandum, licet totum fundum possideat, quam ex qua (3) heres est.

§ 2.—Contienen una cantidad incierta la estipulación de pagarse lo juzgado, la de que el dueño ratificará la cosa, la de daño que amenaza, y otras semejantes; respecto á las cuales se responde, que se dividen ellas entre las personas de los herederos, aunque se pueda decir que por razón de la persona de los herederos del prometedor no puede la estipulación que proviene del difunto hacer diversa la condición de alguno; mas por el contrario, con mucha razón se hace, que, siendo vencedor uno de los herederos del estipulante, tenga efecto la estipulación en cuanto á su parte; porque esto hacen estas palabras de la estipulación: «cuanto importa esta cosa». Pero si uno de los herederos del prometedor poseyera toda la cosa, escribe Juliano, que él ha de ser condenado á la totalidad. Mas se puede dudar en cuánto estarán obligados por esta estipulación él mismo, ó los fiadores, ó si lo estarán en absoluto; y dice que se ha de ver, si es que aquella no tendrá efecto. Pero si el poseedor hubiere fallecido habiendo sido contestada la demanda, uno solo de los herederos no ha de ser condenado, aunque posea todo el fundo, por una parte mayor que aquella de que es heredero.

**3.** Ulpianus (4) *libro LXXIX. ad Edictum.* — Generaliter in omnibus praetoriis stipulationibus et procuratoribus satisdatur.

**3.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.* — Por regla general en todas las estipulaciones pretorias se da fianza también á los procuradores.

**4.** Paulus *libro LXXV. ad Edictum.* — Praetoriae stipulationes saepius interponuntur, quum sine culpa stipulatoris cautum esse desiit.

**4.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXXV.* — Muchas veces se interponen las estipulaciones pretorias cuando sin culpa del estipulante dejó de haber caución.

**5.** Idem *libro XLVIII. ad Edictum.* — In omnibus praetoriis stipulationibus hoc servandum est, ut, si procurator meus stipuletur, mihi causa cognita ex ea stipulatione actio competat. Idem est, et quum institor in ea causa esse coepit, ut interposita persona eius dominus mercis rem amissurus (5) sit, veluti bonis eius venditis; succurrere enim domino Praetor debet.

**5.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XLVIII.* — En todas las estipulaciones pretorias se ha de observar esto, que, si estipulara un procurador mío, me compete, con conocimiento de causa, acción por esta estipulación. Lo mismo es, también cuando un factor de comercio comenzó á estar en tal situación, que por la interposición de su persona haya de perder la cosa el dueño de la mercancía, por ejemplo, por haber sido vendidos sus bienes; porque el Pretor debe amparar al dueño.

**6.** Idem *libro XIV. ad Plautium.* — In omnibus praetoriis stipulationibus, in quibus primo fieri aliquid (6), deinde si factum non sit, poenam inferimus, poenae nomine stipulatio committitur.

**6.** El mismo; *Comentarios á Plaucio, libro XIV.* — En todas las estipulaciones pretorias, en las que consignamos primeramente que se haga alguna cosa, y en segundo lugar una pena, si no hubiera sido hecha, tiene efecto la estipulación por razón de la pena.

(1) *Taur.*; certam, *el códice Fl., Br.*
(2) Restitutionem rei, *inserta Hal.*
(3) parte, *insertan Hal. Vulg.*

(4) Caius, *Hal.*; Paulus, *Vulg.*
(5) mercis remansurus, *Vulg.*
(6) convenit, *inserta Vulg.*

7. Ulpianus (1) *libro XIV. ad Edictum.* — Praetoriae satisdationes (2) personas desiderant pro se intervenientium, et neque pignoribus quis, neque pecuniae, vel auri, vel argenti depositione in vicem satisdationis fungitur.

8. Papinianus *libro V. Quaestionum* (3).— Paulus notat: qui sub conditione (4) institutus est, agnita bonorum possessione cogitur substituto in diem cavere longiorem; Praetor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum; et potest videri calumniose satis petere, quem alius antecedit.

§ 1.—Quum sub contrariis conditionibus Titio et Maevio legatum sit, utrique cavetur, quia uterque ex voluntate defuncti sperat legatum.

9. [8.] Venuleius *libro I. Stipulationum.* — In praetoriis stipulationibus si ambiguus sermo acciderit, Praetoris erit interpretatio, eius enim mens aestimanda est.

10. [9.] Ulpianus *libro I. Responsorum Valeriano* (5) *respondit:*—Si Praeses, qui ante in triennium caveri iusserat, postea in longum tempus caveri praecepit, quia a prima stipulatione prorsus discedi voluerat, exceptionem primae stipulationi (6) obligatis peperisse videtur.

11. [10.] Venuleius *libro VIII. Actionum.* — In eiusmodi stipulationibus, quae, quanti res est, promissionem habent, commodius est certam summam comprehendere, quoniam plerumque difficilis probatio est, quanti cuiusque intersit, et ad exiguam summam deducitur.

## TIT. VI

### REM PUPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE

1. Paulus *libro XXIV. ad Edictum.*—Quum pupillo rem salvam fore satisdatum sit, agi ex ea tunc potest, quum et tutelae potest.

2. Ulpianus *libro LXXIX. ad Edictum.*—Si pupillus absens sit, vel fari non possit, servus eius stipulabitur; si servum non habeat, emendus ei servus est; sed si non sit, unde ematur, aut non sit expedita emtio, profecto dicemus, servum publicum apud Praetorem stipulari debere,

3. Idem *libro XXXV. ad Edictum.* — aut dare aliquem Praetor debet, cui caveatur,

4. Idem *libro LXXIX. ad Edictum.* — non quasi ipso iure pupillo acquirat, neque enim acquirit, sed ut (7) utilis actio ex stipulatu pupillo detur.

§ 1.—Cavetur autem pupillo hac stipulatione per satisdationem.

(1) Papinianus, *Hal.*
(2) stipulationes, *Vulg.*
(3) *Hal. une este fragmento al anterior.*
(4) *Hal. Vulg.;* conditionem, *el códice Fl.*

7. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XIV.* —Los afianzamientos pretorios requieren personas que intervengan por sí, y nadie cumple dando prendas, ó depósito de dinero, ó de oro, ó de plata, en lugar de la fianza.

8. Papiniano; *Cuestiones, libro V.*—Observa Paulo: el que fué instituido bajo condición, aceptada la posesión de los bienes, es obligado á darle al substituto caución por un término más largo; porque el Pretor no quiere que su beneficio sea perjudicial para nadie; y puede parecer que pide caución por causa de calumnia aquel á quien precede otro.

§ 1.—Cuando bajo condiciones contrarias se les hubiera hecho un legado á Ticio y á Mevio, se les da caución á ambos, porque ambos esperan el legado con arreglo á la voluntad del difunto.

9. [8.] Venuleyo; *Estipulaciones, libro I.*- Si en las estipulaciones pretorias hubiere cláusula ambigua, le corresponderá al Pretor la interpretación, porque se ha de atender á su sentido.

10. [9.] Ulpiano *respondió á Valeriano: Respuestas, libro I.* — Si el Presidente, que antes había mandado que se diera caución por tres años, dispuso después que se diera caución por largo tiempo, como quiera que había querido apartarse en absoluto de la primera estipulación, se considera que les dió excepción á los obligados á la primera estipulación.

11. [10.] Venuleyo; *Acciones, libro VIII.* — En aquellas estipulaciones que contienen la promesa de cuanto importa la cosa, es más conveniente consignar cierta suma, porque muchas veces es difícil la prueba de cuanto le importa á cada uno, y se reduce á exígua cantidad.

## TÍTULO VI

### DE QUE QUEDARÁN Á SALVO LOS BIENES DEL PUPILO Ó DEL ADOLESCENTE

1. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.* — Cuando al pupilo se le haya dado caución de que quedarán á salvo sus bienes, se puede ejercitar en virtud de ella la acción cuando también se puede ejercitar la de la tutela.

2. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.* — Si el pupilo estuviera ausente, ó no pudiera hablar, estipulará su esclavo; si no tuviera esclavo, se ha de comprar para él un esclavo; pero si no hubiera con qué comprarlo, ó no fuera fácil la compra, diremos ciertamente que debe estipular ante el Pretor el esclavo público,

3. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.* — ó el Pretor debe nombrar alguien á quien se le dé caución,

4. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.* — no para que de derecho adquiera para el pupilo, porque no adquiere, sino para que no se le dé al pupilo la acción útil derivada de lo estipulado.

§ 1.—Mas con esta estipulación se le da caución al pupilo por medio de fianza.

(5) Valerianus *(omitiendo* Ulpianus), *Vulg.*
(6) stipulationis, *Hal. Vulg.*
(7) *Hal. Vulg.:* ut, *omitela el códice Fl.*

§ 2.—Illud sciendum est, hac stipulatione teneri tam eum, qui tutor est, quam eum, qui pro tutore negotia gessit, vel gerat, et fideiussores eorum.

§ 3.—Sed enim qui non gessit, omnino non tenebitur; nam nec actio tutelae eum, qui non gessit, tenet, sed utili actione conveniendus est, quia suo periculo cessavit; et tamen ex stipulatu actione neque ipse, neque fideiussores eius tenebuntur. Compellendus igitur erit ad administrationem propterea, ut stipulatione quoque ista possit teneri.

§ 4.—Hanc stipulationem placet finita demum tutela committi, et fideiussoribus diem exinde incipere cedere. In curatore aliud est. Sed et in eo, qui pro tutore negotia gessit, aliud dicendum est. Itaque istae stipulationes, si quidem quis tutor fuit, finita demum tutela committentur, si vero pro tutore negotia gessit, conveniens est dicere, statim atque (1) quaeque res salva non esse coepisset, committi stipulationem.

§ 5.—Si tutor ab hostibus captus sit, an committatur stipulatio, videamus; movet, quia finita tutela est, licet recuperari speretur; et puto, posse agi.

§ 6.—Generaliter sciendum est, ex quibus causis diximus tutelae agi non posse, ex iisdem causis ne ex stipulatu rem salvam fore agi posse, dicendum est.

§ 7.—Si quis curator datus non gesserit curam, consequens erit dicere, stipulationem non committi; sed eadem hic erunt dicenda, quae in tutore diximus; illo (2) secus, quo (3) haec stipulatio statim, atque quid salvum esse desinit, committitur, et fideiussoribus dies cedit; sed (4) in se revolvitur.

§ 8.—Pertinet autem haec stipulatio ad omnes curatores, sive puberibus, sive impuberibus datos propter aetatis infirmitatem, sive prodigis, vel furiosis, vel quibusdam aliis, ut fieri assolet, dati sint.

**5**. Paulus *libro LXXVI. ad Edictum*.—Si filius, qui in potestate furiosi erit, rem salvam fore stipuletur, acquirit patri obligationes (5).

**6**. Gaius *libro XXVII. ad Edictum provinciale*.—Servum pupilli stipulari ita necesse est, si pupillus abest, aut fari non potest; nam si praesens sit, et fari (6) potest, etiam si eius aetatis erit, ut non intelligat, quid agat, tamen propter utilitatem receptum est, recte eum stipulari, agere (7).

**7**. Modestinus *libro VI. Regularum*. — Dativus vel testamentarius tutor sive curator non petet satis a collega suo, sed offerre ei poterit, utrum satis accipere velit, an (8) dare.

(1) ut *por* atque, *Hal.*
(2) illud, *Hal. Vulg.*
(3) *Taur. según la escritura original, Br.;* quod, *la corrección del códice Fl., Hal. Vulg.*
(4) et, *Hal.*
(5) *Taur. según la escritura original;* obligationem, *la corrección del códice Fl., Br.*

§ 2.—Se ha de saber, que por esta estipulación están obligados así el que es tutor, como el que administró ó administrase los negocios del pupilo como si fuera tutor, y los fiadores de éstos.

§ 3.—Pero el que no administró no estará de ningún modo obligado; porque la acción de tutela no obliga al que no administró, si bien éste ha de ser demandado con la acción útil, porque á su riesgo dejó de administrar; y, sin embargo, ni él ni sus fiadores estarán obligados por la acción de lo estipulado. Así, pues, deberá ser compelido á administrar, á fin de que pueda estar obligado también por esta estipulación.

§ 4.—Está determinado que tiene efecto esta estipulación solamente después de finida la tutela, y que desde entonces comienza á correr el término para los fiadores. Otra cosa es en cuanto al curador. Pero también se ha de decir cosa distinta respecto al que administró los negocios como si fuera tutor. Y así, si alguno fué tutor, tendrán efecto estas estipulaciones solamente después de finida la tutela, pero si administró los negocios en lugar de tutor, es conveniente decir que tiene efecto la estipulación tan pronto como cualquiera cosa hubiese comenzado á no estar á salvo.

§ 5.—Si el tutor hubiera sido aprisionado por los enemigos, veamos si tendrá efecto la estipulación; hace vacilar que finió la tutela, aunque se espere que sea recuperada; y opino, que se puede ejercitar la acción.

§ 6.—En general se ha de saber, que por las mismas causas por las que dijimos que no se podía ejercitar la acción de tutela, se ha de decir que no se puede ejercitar la de la estipulación de que quedarán á salvo los bienes.

§ 7.—Si algún curador nombrado no hubiere administrado la curatela, será consiguiente decir que no tiene efecto la estipulación; pero en este caso se habrá de decir lo mismo que hemos dicho respecto al tutor; salvo que tiene efecto esta estipulación, y corre el término para los fiadores, inmediatamente que alguna cosa dejó de estar á salvo; pero se reitera.

§ 8.—Mas esta estipulación se refiere á todos los curadores dados, ó á púberos ó á impúberos por razón de la debilidad de su edad; ó á los que fueron nombrados para pródigos, ó para furiosos, ó para otros cualesquiera, como se suele hacer.

**5**. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXXVI.* — Si el hijo, que estuviere bajo la potestad del furioso, estipulara que habrán de quedar á salvo los bienes, adquiere para su padre las obligaciones.

**6**. Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro XXVII.* — Es necesario que el esclavo del pupilo estipule cuando el pupilo está ausente ó no puede hablar; porque si estuviera presente y puede hablar, aunque fuere de tal edad que no entienda lo que haga, se admitió, sin embargo, por razón de utilidad que él estipulaba válidamente, y reclamaba.

**7**. Modestino; *Reglas, libro VI.* — El tutor ó el curador, dativo ó testamentario, no le pedirá fianza á su colega, pero podrá ofrecerle si es que quiere recibir fianza, ó darla.

(6) *Taur. según corrección del códice Fl.;* non, *inserta a escritura original, Br.*
(7) agere, *considérase añadida por antiguos copistas.*
(8) satis, *inserta Vulg.*

8. Ulpianus *libro II. ad Edictum.*—Etsi ad species curator datus sit, rem salvam fore stipulatio interponetur.

9. Pomponius *libro XV. ad Sabinum.* — Quum pupillus a tutore stipulatur rem salvam fore, non solum quae in patrimonio habet, sed etiam quae in nominibus sunt, ea stipulatione videntur contineri; quod enim in tutelae iudicium venit, hoc et ea stipulatione continetur.

10. Africanus *libro III. Quaestionum.* — Si, posteaquam pupillus ad pubertatem pervenerit, tutor in restituenda tutela aliquamdiu moram fecerit, certum est, et fructuum nomine, et usurarum medii temporis tam fideiussores eius, quam ipsum teneri.

11. Neratius *libro IV. Membranarum.* — Quum rem salvam fore pupillo cavetur, committitur stipulatio, si, quod ex tutela dari fieri oportet, non praestetur; nam etsi salva ei res sit, ob id non est (1), quia quod ex tutela dari fieri oportet, non solvitur.

12. Papinianus (2) *libro XII. Quaestionum.* — Si plures fideiussores a tutore pupillo dati sunt, non esse eum distringendum (3), sed in unum dandam actionem, ita ut ei, qui conveniretur, actiones praestarentur; nec quisquam putaverit ab iure discessum, postquam pro ea parte placuit tutores condemnari, quam administraverunt; et ita demum in solidum, si res a ceteris non servetur, et idonea culpa detegatur, quod suspectum (4) facere supersederit; nam aequitas arbitri (5) atque officium viri boni videtur eam formam iuris desiderasse. Ceterum fideiussores civiliter in solidum obligati ceteris quidem agentibus, ut dividatur actio, impetrare possunt; pupillo vero agente, qui non ipse contraxit, sed in tutorem incidit, et ignorat omnia, beneficium dividendae actionis iniuriam habere visum est, ne ex una tutelae causa plures ac variae quaestiones apud diversos iudices constituerentur.

## TIT. VII

### IUDICATUM SOLVI

1. Paulus *libro XXIV. ad Edictum.* — In stipulatione iudicatum solvi post rem iudicatam statim dies cedit, sed exactio in tempus reo principali indultum differtur.

2. Idem *libro LXXI. ad Edictum.* — Quum lite mortua nulla res sit, ideo constat, fideiussores ex stipulatu iudicatum solvi non teneri.

3. Ulpianus *libro LXXVII. ad Edictum.* — Si quis apud (6) aliquem iudicem iturus stipulatus est

(1) salva, *inserta Vulg.*
(2) Paulus, *Hal. Vulg.*
(3) esse distinguendum, *Hal. Vulg*

8. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro II.* — Aunque el curador haya sido dado para objetos especiales, se interpondrá la estipulación de que quedará á salvo la cosa.

9. Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XV.* — Cuando el pupilo estipula del tutor que habrán de quedar á salvo sus bienes, se considera que se comprende en esta estipulación no solamente lo que tiene en su patrimonio, sino también lo que hay en créditos; porque lo que se comprende en la acción de tutela está contenido también en esta estipulación.

10. Africano; *Cuestiones, libro III.*—Si, después que el pupilo hubiere llegado á la pubertad, el tutor hubiere sido algún tiempo moroso en restituir la tutela, es cierto que tanto sus fiadores, como él mismo están obligados por razón de los frutos, y de los intereses, del tiempo intermedio.

11. Neracio; *Pergaminos, libro IV.* — Cuando al pupilo se le da caución de que quedarán á salvo sus bienes, tiene efecto la estipulación, si no se hiciese la prestación de lo que por virtud de la tutela se debe dar y hacer; porque aunque le quedaran á salvo los bienes, no por esto lo están, porque no se paga lo que por virtud de la tutela se debe dar y hacer.

12. Papiniano; *Cuestiones, libro XII.* — Si por el tutor se le dieron al pupilo muchos fiadores, no se le ha de embarazar, sino que se le ha de dar contra uno solo acción, de suerte que se le cedan las acciones al que fuese demandado; y nadie estimará que hay apartamiento del derecho, después que se determinó que los tutores fuesen condenados con arreglo á la parte que administraron; y solamente por la totalidad, si los bienes no fuesen conservados por los demás, y se descubriese culpa imputable, porque hubiere dejado de acusarlo de sospechoso; porque la equidad del árbitro y el oficio del hombre bueno parece que requirieron esta disposición del derecho. Pero los fiadores civilmente obligados por la totalidad pueden impetrar, ejercitando ciertamente los otros la acción, que se divida la acción; pero ejercitándola el pupilo, que no contrató él mismo, sino que cayó bajo la autoridad del tutor, y lo ignora todo, pareció que contenía injuria el beneficio de dividir la acción, á fin de que por virtud de una sola causa de tutela no se entablasen muchas y diversas cuestiones ante diversos jueces.

## TÍTULO VII

### DE QUE SE PAGARÁ LO JUZGADO

1. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.* — En la estipulación de pagar lo juzgado corre el término inmediatamente después de juzgada la cosa, pero la exacción se difiere durante el tiempo concedido al reo principal.

2. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LXXI.* — Como fenecido el litigio no hay cosa, es evidente que los fiadores no están obligados por la estipulación de que se pagara lo juzgado.

3. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LXXVII.* — Si el que había de recurrir á algún juez estipuló

(4) *Taur.*; suspensum, *el códice Fl., Br.*
(5) arbitrii, *Hal. Vulg.*
(6) ad, *Hal. Vulg.*

iudicatum solvi, et agit apud alterum, non committitur stipulatio, quia non huius iudicis sententiae fideiussores se subdiderunt.

§ 1.—Stipulationem iudicatum solvi et procurator, et tutor, et curator stipulari possunt.

§ 2.—Procuratorem eum accipere debemus, cui mandatum est, sive huius rei tantum mandatum susceperit, sive etiam universorum bonorum. Sed et si ratum fuerit habitum, procurator videtur.

§ 3.—Sed et si forte ex liberis vel parentibus aliquis interveniat, vel vir uxoris nomine, a quibus mandatum non exigitur, an committatur stipulatio, quaeritur. Magisque erit, ne committi debeat, nisi fuerit ei mandatum, vel ratum habitum; quod enim iis agere permittitur Edicto Praetoris, non facit eos procuratores. Itaque si talis persona interveniat, ex integro erit cavendum.

§ 4.—Sed et quod de tutore diximus, ita accipiendum est, ut si is fuerit, qui tutelam administrabat, quum tutor non esset, tutoris appellatione eum non contineri.

§ 5.—Sed etsi quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administret, vel dum ignorat, vel alia ex causa, dicendum erit, non committi stipulationem; nam Edicto Praetoris illi tutori agendi (1) facultas datur, cui a parente maioreve parte tutorum eove (2), cuius ea (3) iurisdictio fuit, tutela permissa erit.

§ 6.—Sed et curatorem accipiemus furiosi, furiosae; item pupilli, pupillae; ceterorum quoque curatores (4), puta adolescentis, vel si alterius, cuius curator sit, committi puto stipulationem.

§ 7.—Si tutor esse proponatur regionis alicuius, vel provinciae, vel rerum Italicarum, consequens erit dicere, stipulationem ita demum committi, si ex ea causa egerint, quae ad administrationem eorum pertinebat.

§ 8.—Si reus, postquam iudicatum solvi promisit, demens (5) factus sit, an stipulatio committatur ob rem non defensam, quaeritur; magisque est, ut committatur, si nemo eum defendat.

§ 9.—Ob rem non defensam stipulatio non committitur, quamdiu potest existere, qui defendat.

§ 10.—Si plures fuerint fideiussores, posteaquam cum uno lis contestata est, ex clausula ob rem non defensam ipse reus potest suscipere defensionem;

**4.** IULIANUS *libro LV. Digestorum.* — is autem, cum quo actum fuit, absolvi debet.

**5.** ULPIANUS *libro LXXVII. ad Edictum.* — Iam tamen fideiussore, qui iudicium acceperat, damnato, frustra defensionem reus suscipit; ceterum etsi solutum fuerit, posteaquam iudicatum est, repetitionem constituerimus (6) eius, quod solutum est.

§ 1.—Unus ex fideiussoribus vel heredibus pluribus alio cessante suscipere defensionem potest.

§ 2.—In hac stipulatione, quia plures causae sunt

(1) ius agendi stipulandique facultas, *Vulg.*
(2) *Conjetura Br.*: eorumve, *el códice Fl.*
(3) de ea re, *Hal. Vulg.*

que se pagara lo juzgado, y ejercita la acción ante otro, no tiene efecto la estipulación, porque los fiadores no se sometieron á la sentencia de este juez.

§ 1.—El procurador, el tutor, y el curador pueden hacer la estipulación de que se pagará lo juzgado.

§ 2.—Debemos admitir como procurador á aquel á quien se le dió mandato, ora haya aceptado mandato para este solo objeto, ora para todos los bienes. Pero si se hubiere ratificado lo hecho, también es considerado procurador.

§ 3.—Pero si acaso interviniera alguno de los descendientes ó de los ascendientes, ó el marido á nombre de la mujer, á los que no se les exige mandato, se pregunta si tendrá efecto la estipulación. Y será mejor decir que no debe tener efecto, á no ser que á él se le hubiere dado mandato, ó que se hubiere hecho ratificación; porque que por el Pretor se les permita ejercitar acción no los hace procuradores. Y así, si interviniera tal persona, se habrá de dar de nuevo caución.

§ 4.—Mas también lo que hemos dicho del tutor ha de ser entendido de modo, que, si él fuere el que administraba la tutela, no siendo tutor, no está comprendido en la denominación del tutor.

§ 5.—Pero aunque ciertamente fuera tutor, si, no obstante, no administrase los negocios como tutor, ó porque lo ignoraba, ó por otra causa, se habrá de decir, que no tiene efecto la estipulación; porque por el Edicto del Pretor se le da facultad de ejercitar acción á aquel tutor á quien se le hubiere permitido la tutela por el ascendiente, ó por la mayor parte de los tutores, ó por aquel á quien correspondía jurisdicción para ello.

§ 6.—Mas también comprenderemos al curador del furioso, ó de la furiosa; asimismo al del pupilo ó de la pupila; y á los curadores de los demás, por ejemplo, del adolescente, ó de otro de quien sea curador; y opino que tiene efecto la estipulación.

§ 7.—Si se dijera que era tutor de los bienes de alguna región, ó provincia, ó de los sitos en Italia, será consiguiente decir, que tiene efecto la estipulación solamente si hubieren ejercitado acción por causa que pertenecía á la administración de ellos.

§ 8.—Si después que prometió pagar lo juzgado el reo se volvió demente, se pregunta si tendrá efecto la estipulación por no haber sido defendido el negocio; y es más cierto, que tiene efecto, si nadie lo defendiera.

§ 9.—No tiene efecto la estipulación por no haber sido defendido un negocio, mientras puede haber quien lo defienda.

§ 10.—Si hubiere muchos fiadores, después que la demanda fué contestada con uno solo, puede el mismo reo por virtud de la cláusula, si no se hubiere defendido el negocio, encargarse de la defensa;

**4.** JULIANO; *Digesto, libro LV.* — pero debe ser absuelto aquel contra quien se ejercitó la acción.

**5.** ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXVII.* — Pero habiendo sido ya condenado el fiador, que había aceptado el juicio, en vano el reo toma á su cargo la defensa; pero aunque se hubiere pagado después que se juzgó, daremos acción para la repetición de lo que se pagó.

§ 1.—De muchos fiadores ó herederos, puede uno de ellos tomar á su cargo la defensa, si otro la dejara.

§ 2.—En esta estipulación, como son muchas las

(4) curatores, *omitela Hal.*
(5) absens, *Vulg.*
(6) constituemus, *Vulg.*

una quantitate conclusae, si committeretur statim stipulatio ex uno casu, amplius ex alio committi non potest.

§ 3.—Nunc videamus, qualis defensio exigatur, ne committatur stipulatio, et quarum personarum. Et si quidem ex personis enumeratis in defensionem quis succedat, palam est, recte rem defendi, nec committi stipulationem; si vero extrinsecus persona defensoris interveniat, aeque stipulatio non committetur, si modo ille paratus sit rem boni viri arbitratu defendere, hoc est satisdare; sic enim videtur defendere, si satisdet. Ceterum si simpliciter paratus sit intervenire, nec admittatur, committetur ista stipulatio ob rem non defensam; quodsi quis eum vel cum satisdatione, vel sine satisdatione admiserit, consequens erit dicere, stipulationis istius nullam partem committi, quia sibi imputare (1) debet, qui (2) talem defensorem admisit.

§ 4.—Si ex fideiussoribus, qui iudicatum solvi caverant, existat defensor, placuit, ob rem iudicatam stipulationem non committi, ceteraque eadem esse, atque si extraneus defensor existat.

§ 5.—In hac stipulatione hoc tractatur, an hi, qui fideiusserint, si defensionem omiserint (3), mandati iudicio teneantur. Et est verius, non teneri; hi enim in quantitatem intervenerunt, et hoc illis fuit mandatum, non in defensione (4).

§ 6.—Quid tamen, si et hoc sibi assumserint, ut defendant, an mandati possint agere? Et si quidem victi sunt, utique quod ob rem iudicatam praestiterunt, consequentur, sumtus tamen litis minime petent; si autem obtinuerunt, poterunt sumtus litis consequi quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fecerint (5).

§ 7.—Si tamen plures fideiussores defendere fuerint parati, videamus, utrum unum defensorem debeant (6) dare, an vero sufficiat, ut unusquisque eorum pro parte sua defendat, vel defensorem substituat. Et magis est, ut, nisi unum dent procuratorem, desiderante scilicet hoc actore, committatur stipulatio ob rem non defensam; nam et plures heredes rei necesse habebunt unum dare procuratorem, ne defensio per plures scissa incommodo aliquo afficiat actorem. Aliud est in heredibus actoris, quibus necessitas non imponitur, ut per unum litigent.

§ 8.—Illud sciendum est, ibi rem esse defendendam, ut recte defendatur, ubi debet agi.

**6.** Idem *libro LXXVIII. ad Edictum.* — Iudicatum solvi stipulatio tres clausulas in unum collatas habet; de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo.

**7.** Gaius *libro XXVII. ad Edictum provinciale.*— Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a domino, et actor ignorans prohibitum eum

(1) *Hal. Vulg.;* **imputari,** *el códice Fl.*
(2) *Taur. al márgen;* quia, *en el texto.*
(3) **si defensionem omiserint,** *considéranse añadidas por antiguos copistas.*

causas comprendidas en una sola cantidad, si desde luego tuviere efecto la estipulación por virtud de un solo caso, no puede tenerlo ya por virtud de otro.

§ 3.—Veamos ahora, qué defensa se exige para que no tenga efecto la estipulación, y de qué personas. Y si verdaderamente sucediera en la defensa alguna de las personas enumeradas, es evidente que el negocio es bien defendido, y que no se incurre en la estipulación; pero si interviniera la persona de un defensor extraño, tampoco igualmente tendrá efecto la estipulación, si acaso él estuviera dispuesto á defender el negocio á arbitrio de hombre bueno; porque se considera que defiende si diera fianza. Pero si simplemente estuviera dispuesto á intervenir, y no fuera admitido, tendrá efecto esta estipulación por no haber sido defendido el negocio; pero si alguno lo hubiere admitido ó con fianza, ó sin fianza, será consiguiente decir que no tiene efecto ninguna parte de esta estipulación, porque se lo debe imputar á sí mismo, el que admitió tal defensor.

§ 4.—Si entre los fiadores, que habían dado caución de que se pagaría lo juzgado, hubiera un defensor, se determinó, que no tiene efecto la estipulación por causa de la cosa juzgada, y que lo demás es lo mismo que si hubiera un defensor extraño.

§ 5.—En esta estipulación se trata de si estarán obligados por la acción de mandato los que hubieren prestado fianza, si hubieren dejado de hacer la defensa. Y es más verdadero que no están obligados; porque éstos intervinieron para la cantidad, y para esto se les dió mandato, no para la defensa.

§ 6.—Pero ¿qué se dirá si también se encargaron de defender? ¿Podrán ejercitar la acción de mandato? Y si verdaderamente fueron vencidos, conseguirán ciertamente lo que pagaron por causa de la cosa juzgada, pero de ninguna manera pedirán los gastos de litigio; mas si vencieron, podrán obtener los gastos de litigio como por haberse ajustado á mandato, aunque no hubieren ejecutado mandato.

§ 7.—Pero si muchos fiadores estuvieren dispuestos á defender, veamos si deberán nombrar un solo defensor, ó si bastará que cada uno defienda con arreglo á su parte, ó que substituya al defensor. Y es más cierto, que, si no nombraran un solo procurador, por supuesto, deseándolo el actor, tendrá efecto la estipulación por no haber sido defendido el negocio; porque también siendo muchos los herederos del reo tendrán necesidad de nombrar un solo procurador, á fin de que la defensa no le cause algún perjuicio al actor estando dividida entre varios. Otra cosa es respecto á los herederos del actor, á los cuales no se les impone la necesidad de que litiguen por medio de uno solo.

§ 8.—Se ha de saber, que para que sea bien defendido el negocio ha de ser defendido allí donde se debe ejercitar la acción.

**6.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LXXVIII.* — La estipulación de pagar lo juzgado contiene tres cláusulas reunidas en una sola; la de la cosa juzgada, la de defender el negocio, y la de dolo malo.

**7.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro XXVII.*—Si antes de haberse aceptado el juicio se le hubiere prohibido por el principal al procurador

(4) **defensionem,** *Hal. Vulg.*
(5) **fuerit,** *Vulg.*
(6) *Hal.;* **debent,** *el códice Fl.*

esse egerit, an stipulatio committatur? Et nihil aliud dici potest, quam committi. Quodsi quis sciens prohibitum esse egerit (1), Iulianus non putat stipulationem committi; nam ut committatur, non sufficere ait, cum ea persona acceptum esse iudicium, quae stipulatione (2) comprehensa est, sed oportere etiam causam personae eandem esse, quae stipulationis interponendae tempore fuit. Et ideo si is, qui procurator datus est, heres extiterit domino, atque ita acceperit iudicium, sive etiam prohibitus acceperit, non committitur stipulatio. Nam et alias responsum esse, si quis absentem defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam heres ei extitit, iudicium acceperit, fideiussores non teneri.

que lo aceptara, y el actor, ignorando que se le había prohibido, ejercitare la acción, ¿tendrá efecto la estipulación? Y no se puede decir otra cosa, sino que tiene efecto. Pero si alguno, sabiendo que se le había prohibido, ejercitare la acción, no cree Juliano que tenga efecto la estipulación; porque para que lo tenga no basta, dice, que se haya aceptado el juicio contra la misma persona, que está comprendida en la estipulación, sino que además la causa de la persona debe ser la misma, que fué al tiempo de interponerse la estipulación. Y por lo tanto, si el que fué nombrado procurador hubiere quedado heredero de su principal, y así hubiere aceptado el juicio, ó lo hubiere aceptado aun habiéndosele prohibido, no tiene efecto la estipulación. Porque también en otro caso se respondió, que si alguno defendiendo á un ausente hubiere dado fianza, y después, ó habiendo sido nombrado procurador por él, ó luego que quedó siendo heredero de él, hubiere aceptado el juicio, no están obligados los fiadores.

**8.** Paulus *libro LXXIV. ad Edictum.*— Si petitor post satisdationem ante iudicium acceptum heres possessori extiterit, extinguitur stipulatio.

**8.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXXIV.* — Si el demandante hubiere quedado después de prestada la fianza heredero del poseedor, antes de haberse aceptado el juicio, se extingue la estipulación.

**9.** Ulpianus *libro XIV. ad Edictum.* — Iudicatum solvi stipulatio expeditam habet quantitatem; in tantum enim committitur, in quantum iudex pronuntiaverit.

**9.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XIV.* — La estipulación de pagar lo juzgado contiene cantidad determinada; porque tiene efecto por tanto cuanto el juez hubiere fallado.

**10.** Modestinus *libro IV. Pandectarum.*— Si ad defendendum procurator datus fuerit, satisdare iubetur iudicatum solvi stipulatione, quae non ab ipso procuratore, sed a domino litis interponitur. Quodsi procurator aliquem defendat, ipse cogitur satisdare iudicatum solvi stipulatione.

**10.** Modestino; *Pandectas, libro IV.*—Si el procurador hubiere sido nombrado para defender, se le manda que preste fianza mediante la estipulación de pagar lo juzgado, la cual no es interpuesta por el mismo procurador, sino por el dueño del litigio. Pero si el procurador defendiera á alguien, él mismo es obligado á dar fianza mediante la estipulación de pagar lo juzgado.

**11.** Paulus *libro LXXIV. ad Edictum.*— Si servus, qui in rem actione petebatur, lite contestata decesserit, deinde possessor litem deseruerit, quidam fideiussores eius pro lite datos non teneri putant, quia mortuo homine nulla iam res sit; quod falsum est, quoniam expedit, de evictione actionis conservandae causa, item fructuum nomine rem iudicari.

**11.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXXIV.* —Si el esclavo, que era pedido por acción real, hubiere fallecido contestada la demanda, y luego el poseedor hubiere dejado desierto el litigio, opinan algunos que no quedan obligados sus fiadores dados por el litigio, porque muerto el esclavo ya no hay cosa; lo que es falso, porque conviene para conservar la acción de evicción que el negocio sea juzgado también por razón de los frutos.

**12.** Pomponius (3) *libro XXVI. ad Sabinum.* — Si reus post iudicatum solvi ab eo datum (4) in magistratu sit, nec invitus in ius vocari possit, tamen, nisi res boni viri arbitratu defendatur, fideiussores tenentur.

**12.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.* —Si el reo fuera nombrado magistrado después de dada por él la fianza de pagar lo juzgado, y no pudiera ser llamado á juicio contra su voluntad, están obligados, sin embargo, los fiadores, si el negocio no fuera defendido á arbitrio de hombre bueno.

**13.** Ulpianus *libro VII. Disputationum.*—Quum quaerebatur, si interposita iudicatum solvi stipulatione, quum quis rem non defenderet, postea ex eremodicio (5) sententiam esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur, dicebam, unam clausulam in stipulatione iudicatum solvi et ob rem non defensam, et ob rem iudicatam in se habere; quum igitur iudicatum solvi stipulatio una claudatur (6) clausula, sive res iudicetur, sive res non defendatur, merito quaeritur, si (7) altera cau-

**13.** Ulpiano; *Disputas, libro VII.* — Preguntándose, si, interpuesta fianza de pagarse lo juzgado, no defendiendo uno el negocio, y sufriendo después sentencia en rebeldía, tendría efecto la cláusula de haber sido juzgado el negocio, decía yo, que en la estipulación la sola cláusula de pagarse lo juzgado contenía en sí la de no haber sido defendido el negocio, y la de haber sido juzgado; así, pues, estando comprendida en una sola cláusula la estipulación de pagarse lo juzgado, ya si se juzgara el negocio,

---

(1) an stipulatio — egerit, *omítelas Hal.*
(2) *Hal. Vulg.*; stipulationi, *el códice Fl.*
(3) Idem, *Hal. Vulg.*
(4) stipulationem *por* ab eo datum, *Hal.*; satisdationem datam *por* datum, *Vulg.*

(5) *La corrección del códice Fl.*; heremodicio, *Taur. según la escritura original, Br.*
(6) *Vulg.*; cludatur, *el códice Fl.*
(7) ex, *inserta Vulg.*

sa (1) committatur, an ex altera rursum committi possit. Ecce enim si quis stipuletur: «si navis ex Asia venerit», aut: «si Titius Consul fuerit», constat, sive navis prior venerit, sive Titius Consul ante factus sit, committi stipulationem; sed ubi commissa est ex priore causa, ex altera, licet existat conditio, amplius non committitur; altera causa enim, non utraque inhaeret stipulationi. Proinde videndum, stipulatio ob rem non defensam utrum commissa est re non defensa, an non prius creditur commissa, nisi ex stipulatione lis fuerit contestata? Quod magis est; et ideo nec fideiussoribus videtur statim dies cedere, ubi res coeperat non defendi. Proinde, si forte lis finita fuerit, ad quam defensio erat necessaria, vel solutione, vel transactione, vel acceptilatione, vel quo alio modo, consequenter placuit, evanescere ob rem non defensam clausulam.

§ 1.—Si fuero a fideiussore procuratoris stipulatus iudicatum solvi quasi in rem acturus, et postea in personam egero, vel alia actione acturus, aliam autem dictavero actionem, non committitur stipulatio, quia de alia (2) actum videtur, de alia (3) stipulatio interposita.

**14.** Iulianus (4) *libro LV. Digestorum.* — Si ex duobus fideiussoribus, qui iudidatum solvi spoponderant, alter ob rem non defensam partem suam solverit, nihilo minus res defendi poterit; nec tamen is, qui solverit, repetet; stipulatio enim pro parte eius peremta est, perinde ac si acceptum ei factum fuisset.

§ 1.—Quoties ex stipulatione iudicatum solvi ob rem non defensam agitur cum fideiussoribus, non est iniquum caveri, dominum priore iudicio absolvi, quia omissa cautione fideiussores mandati iudicio non consequentur, aut certe (5) cogentur (6) dominum priore iudicio defendere.

**15.** Africanus *libro VI. Quaestionum.* — Haec stipulatio: «quamdiu res non defendatur», simul atque defendi coeperit, aut defendi debere desierit, resolvitur.

**16.** Neratius (7) *libro III. Membranarum.*—Ex iudicatum solvi stipulatione ob rem non defensam cum uno ex fideiussoribus agere volo; is quod pro parte eius fit, solvere mihi paratus est; non debet mihi in eum dari iudicium; neque enim aequum est aut iudicio destringi (8), aut ad infitiationem compelli eum, qui sine iudice (9) dare paratus est, quo non (10) amplius adversarius eius per iudicem ab eo consecuturus est.

**17.** Venuleius *libro VI. Stipulationum.* — Ex clausula: (11) re iudicata, dolo malo, ob rem non

ya si éste no fuera defendido, con razón se pregunta, si teniendo efecto por una causa lo podrá tener á su vez por la otra. Porque en efecto, si alguno estipulara: «si la nave hubiere venido de Asia», ó «si Ticio hubiere sido hecho consul», es sabido que tiene efecto la estipulación, ya si la nave hubiere llegado primero, ya si antes hubiera sido Ticio hecho consul; pero luego que tuvo efecto por la primera causa, no lo tiene por la otra, aunque se cumpla la condición; porque á la estipulación es inherente una de las causas, no ambas. Por consiguiente se ha de ver, ¿tendrá efecto la estipulación por no haberse defendido el negocio, no habiendo sido éste defendido, ó no se cree que tuvo efecto antes, sino si en virtud de la estipulación hubiere sido contestada la demanda? Y esto es más cierto; y por lo tanto, no se considera que corre para los fiadores el término inmediatamente que el negocio había comenzado á no ser defendido. Por ello, si acaso el litigio, para el cual era necesaria la defensa, hubiere sido terminado ó por el pago, ó por transacción, ó por aceptilación, ó de otro cualquier modo, se determinó en su consecuencia que queda sin efecto la cláusula de no haber sido defendido el negocio.

§ 1.—Si como si hubiera de ejercitar acción real hubiera yo estipulado del fiador del procurador que se pagará lo juzgado, y después ejercitare yo acción personal, ó habiendo de ejercitar una acción hubiere yo manifestado otra, no tiene efecto la estipulación, porque se considera que se trató de una, y que la estipulación fué interpuesta respecto á otra.

**14.** Juliano; *Digesto, libro LV.*—Si de dos fiadores, que prometieron pagar lo juzgado, uno pagó su parte por no haber sido defendido el negocio, esto no obstante, el negocio podrá ser defendido; pero el que hubiere pagado no lo repetirá; porque la estipulación se extinguió respecto á su parte, lo mismo que si á él se le hubiese hecho aceptilación.

§ 1.—Cuando por virtud de la estipulación de pagar lo juzgado se ejercita acción contra los fiadores por no haberse defendido el negocio, no es injusto que se dé caución de que el principal sea absuelto en el primer juicio, porque habiéndose omitido la caución los fiadores no conseguirán nada con la acción de mandato, ó serán ciertamente obligados á defender al principal en el primer juicio.

**15.** Africano; *Cuestiones, libro VI.*—Esta estipulación: «hasta que el negocio no sea defendido», se disuelve tan pronto como hubiere comenzado á ser defendido, ó hubiere dejado de deber ser defendido.

**16.** Neracio; *Pergaminos, libro III.*— En virtud de la estipulación de pagarse lo juzgado quiero ejercitar acción contra uno de los fiadores por no haber sido defendido el negocio; él está dispuesto á pagarme lo que por su parte corresponde; no se me debe dar contra él acción; porque no es justo ó que sea llevado á juicio, ó que sea compelido á negar al que está dispuesto á pagar sin la intervención del juez, no habiendo de conseguir de él más su adversario por medio del juez.

**17.** Venuleyo; *Estipulaciones, libro VI.*—En virtud de la cláusula: por la cosa juzgada, por el dolo

(1) clausula, *Hal. Vulg.*
(2) alio, *Hal.*
(3) alio, *Hal.*
(4) Ulpianus, *Hal.*
(5) si velint actione mandati a domino aliquid consequi, *inserta Vulg.*

(6) *Hal.*; cogantur, *el códice Fl.*
(7) Terentius Clemens, *Hal.*
(8) astringi, *Hal. Vulg.*
(9) iudicio, *Vulg.*
(10) quoniam *por* quo non, *Vulg.*; quantum *por* quo non, *Hal.*
(11) de, *inserta Hal.*

defensam, in solidum committitur stipulatio; non enim videbitur defensa res boni viri arbitratu, quae non in solidum defensa sit.

malo, y por no haber sido defendido el negocio, la estipulación tiene efecto solidariamente; porque no se considerará defendido el negocio á arbitrio de hombre bueno, si no hubiera sido defendido en su totalidad.

**18.** Idem *libro VII. Disputationum.*— Vir bonus non arbitratur indefensam esse rem, de qua Praetor iudicium accipere non cogat (1).

**18.** El mismo; *Disputas, libro VII.* — El hombre bueno no juzga que quedó indefenso el negocio respecto al cual el Pretor no obligue á aceptar juicio.

**19.** Idem *libro IX. Stipulationum.* — Novissima clausula iudicatum solvi stipulationis: «dolum malum abesse abfuturumque esse», et in futurum tempus permanens factum demonstrat; itaque etsi forte decesserit is, qui dolo fecerit, tenebitur heres eius; verbum enim «abfuturumque esse» plenissimum est, et ad omne tempus refertur, ut, si aliquo tempore non abfuerit dolus, quoniam verum sit non abfuisse, committatur haec clausula.

**19.** El mismo; *Estipulaciones, libro IX.* — La última cláusula de la estipulación de pagarse lo juzgado: «que no hay y no habrá de haber dolo malo», indica un hecho permanente aun por el tiempo futuro; y así, aunque hubiere fallecido el que hubiere obrado con dolo, estará obligado su heredero; porque las palabras «y no habrá de haber»son muy latas, y se refieren á todo tiempo, de modo que si en algún tiempo no hubiere dejado de haber dolo, tendrá efecto esta cláusula, porque es verdad que no dejó de haberlo.

§ 1.—Si autem adiectum sit: «si huius rei dolus malus non aberit, quanti ea res est, dari spondes?» et ob extranei dolum promissor poena tenebitur.

§ 1.—Mas si se hubiera añadido: «si no dejare de haber dolo malo en este negocio, ¿prometes dar cuanto vale el negocio?» el prometedor estará obligado á la pena aun por dolo de un extraño.

§ 2.—Doli autem mali clausula, sicut reliquae stipulationes, in quibus tempus nominatim adiectum non est, ad principium stipulationis refertur.

§ 2.—Mas la cláusula de dolo malo se refiere, como las demás estipulaciones, en las que expresamente no se añadió un término, al principio de la estipulación.

**20.** Scaevola *libro XX. Digestorum.* — Quum apud Sempronium, iudicem datum, reus defenderetur, stipulatione cautum est, ut, quod Sempronius iudex iudicasset, praestaretur; a cuius sententia petitor appellavit, et quum apud competentem appellationi iudicem res ageretur, defensore condemnato quaesitum est, an stipulatio commissa esset. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non esse iure commissam. Claudius: ideo stipulatione adiicitur: «quive in eius locum substitutus erit».

**20.** Scévola; *Digesto, libro XX.*— Defendiéndose el reo ante Sempronio, juez nombrado, se estipuló que se diese lo que el juez Sempronio hubiese fallado; de la sentencia de éste apeló el demandante, y ventilándose el negocio ante el juez competente para la apelación, habiendo sido condenado el defensor, se preguntó, si habría tenido efecto la estipulación. Respondió, que, según lo que se exponía, no tuvo de derecho efecto. Y dice Claudio: por esto se añade en la estipulación: «ó el que se hubiere substituído en su lugar».

**21.** Idem *libro singulari Quaestionum publice tractatarum.* — Si unus ex fideiussoribus ob rem non defensam conventus sit, deinde postea res defendatur, alter fideiussorum ob rem iudicatam conveniri potest. Et si reus promittendi duobus heredibus relictis decesserit, alter rem non defendat, alter defendat, is, qui non defendat, ob rem non defensam conveniri potest, ille, qui defendat, ob rem iudicatam, quoniam in unius eiusdemque persona non posse committi has duas clausulas creditur; et nos dicimus, semper praevalere rei iudicatae clausulam, eamque solam committi.

**21.** El mismo; *Cuestiones tratadas en público, libro único.*— Si uno de los fiadores hubiera sido demandado por no haber sido defendido el negocio, y luego después fuera defendido, puede ser demandado otro de los fiadores por no haber sido defendido el negocio. Y si el reo de prometer hubiere fallecido dejando dos herederos, y uno no defendiera el negocio, y otro lo defendiera, el que no lo defendiera puede ser demandado por no haber sido defendido el negocio, y el que lo defendiera, por la cosa juzgada, porque se cree que respecto á una misma persona no pueden tener efecto estas dos cláusulas; y decimos que siempre prevalece la cláusula de cosa juzgada, y que esta sola tiene efecto.

## TIT. VIII

### RATAM REM HABERI, ET DE RATIHABITIONE

## TÍTULO VIII

### DE QUE SE RATIFICARÁ LA COSA, Y DE LA RATIFICACIÓN

**1.** Papinianus (2) *libro XXVIII. Quaestionum.* —Quum quis de rato stipularetur, quamvis non idem, sed alius a (3) domino conveniretur, qui conveniri non posset, si ratum (4) habuisset, committi stipulationem placuit, veluti (5) quum fideiussor, aut alter ex reis promittendi, qui socius est, convenitur.

**1.** Papiniano; *Cuestiones, libro XXVIII.* — Cuando alguno estipulase sobre ratificación, aunque por el principal no fuese demandado él mismo, sino otro, que no pudiera ser demandado, si hubiese ratificado, se determinó que tenía efecto la estipulación, como cuando es demandado el fiador, ó uno de los reos de prometer, que es condueño.

(1) cogitat, *Hal.*
(2) Paulus, *Vulg.*
(3) pro, *Hal. Vulg.*

(4) dominus, *insertan Hal. Vulg.*
(5) *Vulg.*; si ius, *el códice Fl.*

**2.** Idem *libro XI. Responsorum.*—In stipulatione de rato (1) habendo non est cogitandum rei promittendi vel stipulandi compendium, sed quid interfuerit eius, qui stipulatus est ratum haberi quod gestum est.

**2.** El mismo; *Respuestas, libro XI.* — En la estipulación de que se habrá de ratificar no se ha de atender á la utilidad del reo de prometer ó de estipular, sino á lo que le haya interesado al que estipuló que se ratifique lo que se hizo.

**3.** Idem *libro XII. Responsorum.*—Quum minor vigintiquinque annis creditor pecuniam recuperare vellet, interpositus procurator debitori de rato (2) habendo cavit; restitutione in integrum data neque indebiti condictionem, neque stipulationem committi constabat; idemque eveniret, si falsi procuratoris actum minor annis ratum habuerit. Et ideo ita cavendum erit praecedente mandato: «si ille in integrum restitutus fuerit, heresve eius, aut is, ad quem ea res, qua de agitur, pertinebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari», mandato vero non interveniente vulgaribus verbis de rato habendo; haec quoque prudentius inter consentientes adstruentur (3); alioquin si non conveniat, nec creditor minor (4) consentiat, actionem dari oportebit.

**3.** El mismo; *Respuestas, libro XII.*—Queriendo un acreedor menor de veinticinco años recuperar una suma, el procurador que fué interpuesto dió caución al deudor de que se ratificaría; habiéndose concedido la restitución por entero era sabido que no tenían efecto la condicción de lo no debido, ni la estipulación; y lo mismo sucedería, si el menor de edad hubiere ratificado lo hecho por un falso procurador. Y por esto se habrá de dar caución de este modo precediendo mandato: «si hubiere sido restituído por entero él, ó su heredero, ó aquel á quien perteneciere la cosa de que se trata, se dará tanto dinero, cuanto importare esta cosa»; pero no interviniendo mandato, á las palabras ordinarias, de que se ratificará, se agregarán más prudentemente también éstas entre los contratantes; de otra suerte, si no se conviniera, ni el acreedor menor de edad lo consintiese, se deberá dar la acción.

§ 1.—Falsus procurator de rato (5) habendo cavit, atque ita dominus a sententia iudicis procuratore victo provocavit; stipulationis defecisse conditionem apparuit, quum ad auxilium commune superatus confugisset. Quodsi dominus, qui ratum non habuit, pecuniam exegerit, stipulatio de rato committetur in eam pecuniam, quam dominus accepit, quamvis nihil procurator acceperit.

§ 1.—Un falso procurador dió caución de que se ratificaría, y así, el dueño del negocio, vencido el procurador, apeló de la sentencia del juez; se vió que faltó la condición de la estipulación, habiéndose acogido el vencido al recurso común. Pero si el principal, que no hizo la ratificación, hubiere cobrado la suma, la estipulación de ratificación tendrá efecto en cuanto á la cantidad que cobró el principal, aunque el procurador no hubiere cobrado nada.

**4.** Scaevola *libro XIII. Quaestionum.*— Procurator quinquaginta petit; si dominus centum petat, tenebuntur fideiussores, qui de ratihabitione caverunt, in quinquaginta, et quanti interfuit differri quinquaginta actionem.

**4.** Scévola; *Cuestiones, libro XIII.* — El procurador pidió cincuenta; si su principal pidiera ciento, los fiadores, que dieron caución de ratificación, estarán obligados por cincuenta, y por cuanto importó que se difiriese la acción por los cincuenta.

**5.** Idem *libro V.* (6) *Responsorum respondit.* — Non tantum verbis ratum haberi posse, sed etiam actu; denique si eam litem, quam procurator inchoasset, dominus comprobans persequeretur, non esse commissam stipulationem.

**5.** El mismo *respondió; Respuestas, libro V.* — Se puede hacer la ratificación no solamente con palabras, sino también con un acto; finalmente, si el litigio, que un procurador hubiese incoado, lo prosiguiese su principal aprobándolo, no tiene efecto la estipulación.

**6.** Hermogenianus (7) *libro I. iuris Epitomarum.* — Tutore suspecto postulato defensor, si velit respondere, cautionem, ratam rem dominum habiturum, cavere compellendus est.

**6.** Hermogeniano; *Epitome del Derecho, libro I.* — Acusado como sospechoso un tutor, si el defensor quisiera responder, debe ser compelido á prestar caución de que el principal ratificará el asunto.

**7.** Paulus *libro III. Sententiarum.* — Si is, cui ignoranti petita est bonorum possessio, decesserit, heres eius intra tempora petitionis ratam eam habere non potest.

**7.** Paulo; *Sentencias, libro III.* — Si hubiere fallecido aquel para quien, ignorándolo, fué pedida la posesión de los bienes, su heredero no puede ratificar el negocio dentro del tiempo de la petición.

**8.** Venuleius *libro XV. Stipulationum.*—Procurator ad exhibendum egit, et adversarius absolutus est, quia non possidebat, at quum possessionem eiusdem rei nactus esset, agit cum eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait, fideiussores non teneri, quoniam haec alia res sit; nam etsi dominus egisset, mox absoluto adversario, quia non possideret, ex integro ageret, non obstituram rei iudicatae exceptionem.

**8.** Venuleyo; *Estipulaciones, libro XV.* — Un procurador ejercitó la acción de exhibición, y el adversario fué absuelto, porque no poseía, pero habiendo adquirido la posesión de la misma cosa, su principal ejercitó contra él la acción de exhibición. Dice Sabino, que los fiadores no están obligados, porque este es otro negocio; porque aunque hubiese ejercitado la acción el principal, y luego, absuelto el adversario, porque no poseía, la ejercitase de nuevo, no le obstará la excepción de cosa juzgada.

§ 1.—Si procurator a debitore pecuniam exege-

§ 1.—Si el procurador hubiere cobrado del deu-

(1) de ratum, *Hal.*
(2) de ratum, *Hal.*
(3) adstringentur, *Hal.*
(4) *Taur.*; minus, *el códice Fl., Br.*

(5) *Véase la nota 1.*
(6) Paulus libro XI., *Hal.*
(7) Venuleius, *Hal.*

rit, et satisdederit, dominum ratam rem habere, mox dominus de eadem pecunia egit, et litem amiserit, committi stipulationem; et si procurator eandem pecuniam domino sine iudice solverit, condicturum (1). Sed quum debitor ex stipulatu agere coeperit, potest dici, dominum, si defensionem procuratoris suscipiat, non inutiliter doli mali exceptione adversus debitorem uti, quia naturale debitum manet.

§ 2.—Si quis a procuratore status controversiam patiatur, satis accipere debet a procuratore, ne impune saepius pro suo statu conveniretur; et si dominus venientesque ab eo personae ratum non habuerunt, quod procurator eum in servitutem petierit, vel adversus procuratorem ex servitute in libertatem petitus fuerit, quanti ea res est, ei praestetur, scilicet quum de libertate eius constiterit (2), id est, quanti interfuerit eius, de statu suo rursus non periclitari, et propter impendia, quae in litem fecerit. Sed Labeo certam summam comprehendendam existimabat, quia aestimatio libertatis ad infinitum extenderetur; ex quo autem dominus ratum non habuerit, committi videtur stipulatio; sed non ante ex ea agi poterit, quam de libertate iudicatum fuerit, quia, si servus sit iudicatus, inutilis fit stipulatio, quum et si qua sit actio, eam domino acquisiisse intelligitur.

dor el dinero, y hubiere dado fianza de que su principal ratificará lo hecho, y luego el principal ejercitó acción por la misma cantidad, y hubiere perdido el litigio, tiene efecto la estipulación; y si el procurador le hubiere pagado á su principal la misma cantidad sin la intervención del juez, ejercitará la condicción. Pero cuando el deudor hubiere comenzado á ejercitar la acción de lo estipulado, se puede decir que el principal, si tomase á su cargo la defensa del procurador, no se sirve inútilmente contra el deudor de la excepción de dolo malo, porque queda la deuda natural.

§ 2.—Si alguno sufriera por parte de un procurador controversia sobre su estado, debe recibir del procurador fianza, para que impunemente no sea demandado muchas veces respecto á su estado; y si el principal y las personas que de él provengan no ratificaron, porque el procurador lo hubiere reclamado á esclavitud, ó porque contra el procurador hubiere él sido reclamado de la esclavitud para la libertad, se le pagará cuanto importa el negocio, por supuesto, cuando constare respecto á su libertad, esto es, cuanto le hubiere importado no estar de nuevo en peligro respecto á su estado, y por razón de los gastos que hubiere hecho para el litigio. Pero Labeon estimaba, que se había de comprender una cantidad determinada, porque la estimación de la libertad se extendería hasta lo infinito; mas se considera que tiene efecto la estipulación por el hecho de que el principal no haya hecho la ratificación; pero en virtud de ello no se podrá ejercitar acción antes que se haya juzgado respecto á la libertad, porque, si hubiera sido juzgado esclavo, se hace inútil la estipulación, pues aun si hubiera alguna acción, se entiende que la adquirió para el principal.

**9.** Ulpianus *libro IX. ad Edictum.* — Actor a tutore datus omnimodo cavet, actor civitatis nec ipse cavet, nec magister universitatis, nec curator bonis consensu creditorum datus.

**9.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro IX.* — El actor nombrado por el tutor da en todos casos caución, pero no el mismo agente de una ciudad, ni el síndico de una universidad, ni el curador nombrado para los bienes con el consentimiento de los acreedores.

**10.** Idem *libro LXXX. ad Edictum.* — Interdum ex conventione stipulatio ratam rem (3) interponi solet, utputa si quid (4) procurator aut vendat, aut locet, aut si ei solvatur,

**10.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LXXX.* —A veces se suele interponer en virtud de convención la estipulación de que se ratificará el negocio, por ejemplo, si el procurador ó vendiera, ó diese en arrendamiento alguna cosa, ó si á él se le pagara,

**11.** Hermogenianus (5) *libro VI. iuris Epitomarum.* — vel paciscitur, vel quodlibet aliud nomine absentis gerit;

**11.** Hermogeniano; *Epitome del Derecho, libro VI.* — ó si pacta, ó hace otra cosa cualquiera á nombre de un ausente;

**12.** Ulpianus *libro LXXX. ad Edictum.* — quo enim tutiore loco sit, qui contrahit, de rato solet stipulari.

§ 1.—Rem haberi ratam hoc est, comprobare agnoscereque, quod actum est a falso procuratore.

§ 2.—Iulianus ait interesse, quando dominus ratam habere deberet solutionem in procuratorem factam, an tunc demum, quum primum certior factus esset. Hoc autem ἐν πλάτει *[cum laxamento et amplitudine]* accipiendum, et cum quodam spatio temporis, nec minimo, nec maximo, et quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi possit. Quid ergo, si quod primo ratum non habuit (6), postea habebit ratum? Nihilo magis proficere ad

**12.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LXXX.* — porque para hallarse en situación más segura el que contrata, suele estipular sobre la ratificación.

§ 1.—Ratificar una cosa es aprobar, y reconocer lo que se hizo por un falso procurador.

§ 2.—Juliano dice que importa saber cuándo debería ratificar el principal el pago hecho á un procurador, si solamente tan pronto como tuvo noticia. Mas esto se ha de entender con latitud y amplitud, y con cierto espacio de tiempo, ni mínimo, ni máximo, y que más bien se puede comprender con la inteligencia, que expresar con palabras. Luego ¿qué se dirá, si lo que no ratificó primeramente, lo ratificare después? Dice que esto no aprovecha para

(1) domino solverit, sine iudice condicturum, *Hal.*
(2) *Hal. Vulg.*; constituerit, *el códice Fl.*
(3) haberi, *inserta Vulg.*
(4) emat, *inserta Vulg.*
(5) *Véase la página 638., nota 7.*
(6) si quidam primum ratum habuit, *Vulg.*

impediendam actionem suam, et ob id, quod primo non habuit ratum, actionem salvam habere ait; ideoque si quod procuratori fuerat solutum, exegerit, agi perinde (1) ex ea stipulatione poterit, ac si ratum habere se postea non dixisset. Sed ego puto exceptionem doli mali locum habituram.

§ 3.—Sive quis petat, sive compensatione utatur, committitur statim ratam rem dominum habiturum stipulatio; nam qualiter (2) quis eundem actum retractet, qui a procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

**13.** Paulus *libro LXXVI. ad Edictum.* — Si commissa est stipulatio, ratam rem dominum habiturum, in tantum competit, in quantum mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantumque lucrari potui.

§ 1.—Si sine iudice procuratori legatum solvatur, cavere (3) debere Pomponius ait.

**14.** Idem *libro III. ad Plautium.* — Si quis uni ex reis promiserit, rem ratam dominum habiturum, aut amplius eam non peti, dicendum est, stipulationem committi, si ab eo petatur, qui eiusdem obligationis socius est.

**15.** Idem *libro XIV. ad Plautium.* — «Amplius non peti» verbum Labeo ita accipiebat, si iudicio petitum (4) esset. Si autem in ius eum vocaverit, et satis iudicio sistendi causa acceperit, iudicium tamen coeptum (5) non fuerit, ego puto, non committi stipulationem «amplius non peti»; hic enim non petit, sed petere vult. Si vero soluta esset pecunia, licet sine iudicio, committitur stipulatio; nam et si quis adversus petentem compensatione deductioneve usus sit, recte dictum est, petiisse eum videri, et stipulationem committi «amplius non peti»; nam et heres, qui damnatus non petere, si horum quidquam fecisset, ex testamento tenetur.

**16.** Pomponius *libro III. ex Plautio.* — Si indebitum procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione adversus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus, ut possit dinosci, utrumne domino condici debeat id, quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat, an vero procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat.

§ 1.—Si procurator fundum petiisset et cavisset, uti adsolet, ratam rem dominum habiturum, deinde dominus postea eundem fundum vendidisset, eumque emtor peteret, stipulationem ratam rem haberi committi, Iulianus scribit.

**17.** Marcellus *libro XXI. Digestorum.* — Cum debitore decem creditoris nomine Titius egit; partem petitionis ratam habuit dominus; dicendum

(1) *Taur. según la escritura original;* proinde, *la corrección del códice Fl., Br.*
(2) nam qualiter qualiter, *Hal.*

impedir su acción, y que por lo que no ratificó primeramente tiene salva la acción; y por esto, si exigiere lo que á un procurador se le había pagado, se podrá en virtud de esta estipulación ejercitar acción lo mismo que si después no hubiese dicho que lo ratificaba. Pero yo opino, que habrá de tener lugar la excepción de dolo malo.

§ 3.—Ya sea que uno pida, ya que utilice la compensación, inmediatamente tiene efecto la estipulación de que el principal ratificará el negocio; porque de cualquier modo que alguno retracte el mismo acto que fué ejecutado por el procurador, es conveniente que tenga efecto la estipulación.

**13.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXXVI.* —Si tuvo efecto la estipulación de que el principal ratificará el negocio, compete por tanto cuanto me importó, esto es, por tanto cuanto me falta, y cuanto pude lucrar.

§ 1.—Si á un procurador se le pagara sin la intervención del juez un legado, dice Pomponio, que debe dar caución.

**14.** El mismo; *Comentarios á Plaucio, libro III.* —Si alguno le hubiere prometido á uno de los reos que el principal ratificará la cosa, ó que ésta ya no será pedida, se ha de decir que tiene efecto la estipulación, si se le pidiera al que es consocio de la misma obligación.

**15.** El mismo; *Comentarios á Plaucio, libro XIV.* — La frase «ya no se pedirá» la entendía Labeon de este modo, si se hubiese pedido en juicio. Mas si uno hubiere llamado á otro á juicio, y hubiere recibido fianza de que comparecerá en juicio, pero el juicio no hubiere sido comenzado, yo opino que no tiene efecto la estipulación de que «ya no se pedirá»; porque éste no pide, sino que quiere pedir. Pero si se hubiese pagado el dinero, aunque sin juicio, tiene efecto la estipulación; porque también si alguno hubiera utilizado compensación ó deducción contra el demandante, con razón se dijo que se consideraba que él pidió, y que tenía efecto la estipulación de que «ya no se pedirá»; porque también el heredero que hubiese sido condenado á no pedir, está obligado en virtud del testamento, si hubiese hecho alguna de estas cosas.

**16.** Pomponio; *Doctrina de Plaucio, libro III.* — Si á un procurador se le hubiera pagado lo no debido, se puede ejercitar inmediatamente contra el procurador acción en virtud de esta estipulación para que su principal ratifique, á fin de que se pueda conocer si se le deberá reclamar por la condicción al principal lo que se haya pagado no siendo debido, si él lo hubiera ratificado, ó si se le deberá reclamar por la condicción al procurador, si el principal no ratificara.

§ 1.—Si el procurador hubiese pedido un fundo, y hubiese dado caución, como se acostumbra, de que el principal ratificará la cosa, y después el principal hubiese vendido el mismo fundo, y el comprador lo reclamase, escribe Juliano, que tiene efecto la estipulación de que se ratificará la cosa.

**17.** Marcelo; *Digesto, libro XXI.* — Ticio ejercitó á nombre de un acreedor la acción contra un deudor de diez; el principal tuvo por ratificada par-

(3) caveri, *Hal.*
(4) non, *insertan Hal. Vulg.*
(5) acceptum, *Hal. Vulg.*

est, obligationis partem consumtam, quemadmodum si decem stipulatus esset, aut exegisset, creditorque non totum, sed partem gestae rei comprobasset. Idcirco si ex stipulatu, «decem aut Stichum, utrum ego voluero», absente me Titius domino (1) quinque petiisset, insecuta ratihabitione, recte actum videri.

te de la demanda; se ha de decir, que se extinguió parte de la obligación, á la manera que si hubiese estipulado, ó cobrado diez, y el acreedor no hubiese aprobado la totalidad, sino parte de lo hecho. Por lo tanto, si en virtud de la estipulación «diez ó Stico, lo que yo quisiere», Ticio le hubiese pedido, estando yo ausente, cinco al principal, habiéndose seguido la ratificación, se considera que se obró bien.

**18.** Pomponius *libro XXVI. ad Sabinum.* — Si procurator ratam rem dominum heredemve eius habiturum caverit, et unus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat, sine dubio committetur stipulatio pro ea parte, pro qua ratum non habebitur, quia in id committitur, quod stipulatoris intersit. Nam etsi ipse dominus pro parte ratum habuerit, pro parte non habuerit, non ultra quam in partem committetur stipulatio, quia in id committitur, quod intersit agentis; et ideo saepius ex ea stipulatione agi potest, prout intersit agentis, quod litigat, quod consumit, quod advocat, quod damnatus solvit, sicut in stipulatione damni infecti accidere potest, ut is, qui stipulatus sit, subinde agat; cavet enim, si quid ibi ruet, scindetur, fodietur (2), aedificabitur. Finge ergo subinde damnum dari; non erit dubium, quin agere (3) possit; nam si toto damno computato tunc agendum est, propemodum non ante aget, quam dies stipulationis praeterierit, infra quem si damnum datum sit, stipulatione (4) cautum erit; quod verum non est.

**18.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.* — Si el procurador hubiere dado caución de que el principal ó su heredero ratificarán el negocio, y uno de los herederos del principal lo ratificara, y otro no lo ratificara, sin duda tendrá efecto la estipulación respecto á la parte por la que no se ratificare, porque tiene efecto en cuanto á lo que le importa al estipulante. Pues aunque el mismo principal hubiere ratificado respecto á una parte, y no hubiere ratificado en cuanto á otra, no tendrá efecto la estipulación por más que por esta parte, porque tiene efecto en cuanto á lo que le interesa al actor; y por lo tanto, se puede ejercitar muchas veces acción en virtud de esta estipulación, según le interesa al actor, por lo que litiga, por lo que consume, por lo que recurre á abogado, por lo que condenado pagó, así como en la estipulación por daño que amenaza puede acontecer, que el que estipuló ejercite la acción sucesivamente; porque da caución por si algo allí se arruinara, se rompiera, se cavara, ó se edificase. Supón, pues, que se causa el daño sucesivamente; no habrá duda que se podrá ejercitar sucesivamente la acción; porque si se ha de ejercitar la acción después de estimado todo el daño, casi que no la ejercitará antes que haya transcurrido el término de la estipulación, habiéndose dado la caución en la estipulación si dentro de él se hubiera causado el daño; lo que no es verdad.

**19.** Paulus *libro XIII. ad Sabinum.* — In stipulatione, qua procurator cavet, ratam rem dominum habiturum, id continetur, quod intersit stipulatoris. Idemque iuris est in clausulis omnibus de dolo malo.

**19.** Paulo; *Comentarios á Sabino, libro XIII.* — En la estipulación, por la que el procurador da caución de que el principal ratificará el negocio, se comprende lo que le importa al estipulante. Y el mismo derecho hay en cuanto á todas las cláusulas de dolo malo.

**20.** Ulpianus *libro I. Disputationum.* — Non solum in actionibus, quas procurator intendit, verum in stipulationibus quoque, quas interponi desiderat, si vice repraesentat (5) actionum, cavere eum de rato oportet. Quare si duplae stipulationem procurator interponat, de rato cavere debet. Sed et si damni infecti stipulatio a procuratore interponatur, de rato debet procurator cavere.

**20.** Ulpiano; *Disputas, libro I.* — No solamente en las acciones que el procurador intenta, sino también en las estipulaciones, que desea que se interpongan, si las representa en lugar de acciones, debe él dar caución de ratificación. Por lo cual, si el procurador interpusiera la estipulación del duplo, debe dar caución de ratificación. Pero también si por el procurador se interpusiera estipulación por daño que amenaza, debe el procurador dar caución de ratificación.

**21.** Idem *libro I. Opinionum.* — Ne satisdatio ratam rem dominum habiturum exigatur in his, quae nomine eius ageret, qui eum se fecisse procuratorem libello Principi dato professus est, prodest. Quodsi iudicatum solvi satis ab eo procuratore postuletur, necesse est, ut iuri manifesto pareatur.

**21.** El mismo; *Opiniones, libro I.* — El que manifestó que él se constituyó procurador habiendo presentado libelo al Príncipe, logra que no se le exija fianza de que su principal ratificará la cosa en aquellos negocios que hiciese en nombre de él. Pero si á este procurador se le pidiera fianza de pagar lo juzgado, es necesario que se obedezca al derecho conocido.

**22.** Iulianus *libro LVI. Digestorum.* — Si sine iudice non debitam pecuniam exegerit procurator, et dominus ratam solutionem non habuerit, sed

**22.** Juliano; *Digesto, libro LVI.* — Si el procurador hubiere cobrado sin la intervención del juez una suma no debida, y el principal no tuviere por

(1) domino Titius, *Hal.*
(2) *Hal.;* fodetur, *Taur.*
(3) saepius, *inserta Vulg.*

(4) *Según enmienda Br.;* stipulationi, *el códice Fl.*
(5) vicem praesentant, *Vulg.*

eandem pecuniam petere instituerit, fideiussores tenentur, et condictio, qua procurator teneretur, si stipulatio interposita non fuisset, perimitur; quoties enim procuratori pecunia solvitur, et dominus eam solutionem ratam non habet, existimo id agi, ut condictio perimatur, et sola actio ei, qui indebitum solvit, adversus procuratorem ex stipulatu competat. Hoc amplius praestant fideiussores impensas, quae in iudicium factae fuissent. Quodsi dominus ratam habuisset, fideiussores quidem liberantur, sed ab ipso domino eadem pecunia per condictionem peti potest.

ratificado el pago, sino que hubiere determinado pedir la misma cantidad, están obligados los fiadores, y se extingue la condicción por la que estaría obligado el procurador, si no se hubiese interpuesto la estipulación; porque siempre que se le paga á un procurador una cantidad, y el principal no tiene por ratificado este pago, estimo que se hace que se extinga la condicción, y que le competa, al que pagó lo no debido, contra el procurador la sola acción de lo estipulado. Además de esto, los fiadores pagan las costas que se hubiesen hecho para el juicio. Pero si el principal hubiese hecho la ratificación, quedan libres ciertamente los fiadores, mas se le puede pedir al mismo principal por la condicción la misma cantidad.

§ 1.—Quodsi procurator debitam domino pecuniam sine iudice exegisset, idem iuris est; hoc secus, quod, si dominus ratam rem habuisset, nulla eius pecuniae repetitio futura est.

§ 1.—Pero si el procurador hubiese cobrado sin la intervención del juez una cantidad debida á su principal, se observa el mismo derecho; y al contrario, si el principal hubiese ratificado la cosa, no ha de haber repetición alguna de este dinero.

§ 2.—Quodsi procurator per iudicem non debitam pecuniam exegisset, dici potest, sive ratum dominus habuisset, sive non habuisset, fideiussores non teneri, vel quia nulla res esset, quam dominus ratam habere possit, vel quia nihil stipulatoris interest, ratum haberi; afficietur ergo iniuria is, qui procuratori solvit; magis tamen est, ut, si dominus ratum non habuerit, fideiussores teneantur.

§ 2.—Mas si el procurador hubiese cobrado por medio del juez una cantidad no debida, se puede decir, que ya si el principal lo hubiese ratificado, ya si no lo hubiese ratificado, no están obligados los fiadores, ó porque no habría ninguna cosa que el principal pudiera ratificar, ó porque nada le importa al estipulante que sea ratificada; luego se le causará injuria al que pagó al procurador; pero es más cierto, que, si el principal no hubiere hecho la ratificación, están obligados los fiadores.

§ 3.—Quodsi debitam pecuniam procurator per iudicem, cui nihil mandatum fuerit (1), petierit, magis est, ut in solidum fideiussores teneantur, si dominus ratum non habuerit.

§ 3.—Pero si el procurador, á quien nada se le hubiere mandado, hubiere pedido por medio del juez una cantidad debida, es más cierto que los fiadores están obligados á la totalidad, si el principal no lo hubiere ratificado.

§ 4.—Quum autem procurator recte petit, dominus perperam, non debet procurator praestare, ne iniuria iudicis dominus aliquid consequatur; nunquam enim propter iniuriam iudicis fideiussores obligantur; verius tamen est, hoc casu fideiussores non nisi in impensas litis teneri.

§ 4.—Mas cuando el procurador pide bien, y mal su principal, no debe el procurador hacer prestación, á fin de que su principal no consiga algo por injusticia del juez; porque nunca se obligan los fiadores por causa de injusticia del juez; pero es más cierto que en este caso los fiadores no están obligados sino á las costas del litigio.

§ 5.—Marcellus: si dominus ratam rem non habuerit, sed lite mota rem amiserit, nihil praeter impendia in stipulatione (2) ratam rem (3) deducitur.

§ 5.—Dice Marcelo: si el principal no hubiere ratificado el negocio, pero promovido litigio hubiere perdido la cosa, no se comprende en la estipulación de ratificación nada á excepción de los gastos.

§ 6.—Iulianus (4): si procuratori eius, qui mortuus erat, sine iudice soluta fuerint legata, stipulatio committetur, nisi heres ratum habuerit; utique si debita fuerint, tunc enim non dubie interest stipulatoris, ratam solutionem ab herede haberi, ne bis eadem praestet.

§ 6.—Observa Juliano: si al procurador de uno, que había muerto, se le hubieren pagado sin la intervención del juez legados, tiene efecto la estipulación, á no ser que el heredero lo hubiere ratificado; y esto ciertamente si hubieren sido debidos, porque en este caso le interesa sin duda al estipulante que el pago sea ratificado por el heredero, para no pagar dos veces la misma cosa.

§ 7.—Si in stipulationem ratam rem haberi hactenus comprehensum fuerit, «Lucium Titium ratum habiturum», quum id aperte ageretur, ut heredis ceterorumque personae, ad quos ea res pertineret, omitterentur, difficile est existimari, doli clausulam committi. Sane quum per imprudentiam hae personae omittantur, actio ex doli clausula competit.

§ 7.—Si en la estipulación de que se ratificará el negocio se hubiere expresado solamente que «Lucio Ticio lo ratificará», como claramente se haría esto para omitir la persona del heredero y las de los demás, á quienes perteneciera el negocio, es difícil estimar que tenga efecto la cláusula de dolo. Mas cuando por inadvertencia son omitidas estas personas, compete la acción por la cláusula de dolo.

§ 8.—Si procurator iudicium de hereditate ediderit, deinde dominus fundum ex ea hereditate petierit, stipulatio ratam rem haberi committetur, quia, si verus procurator fuisset, exceptio rei iudicatae dominum summoveret. Plerumque autem stipulatio ratam rem haberi his casibus commit-

§ 8.—Si un procurador hubiere producido la acción de herencia, y después su principal pidiere un fundo de esta herencia, tendrá efecto la estipulación de que se ratificará el negocio, porque, si hubiese sido verdadero procurador, la excepción de cosa juzgada repelería á su principal. Mas de ordi-

(1) procurator, cui nihil mandatum fuerit, per iudicem petierit, *Hal.*
(2) stipulationem, *Hal. Vulg.*
(3) haberi, *insertan Hal. Vulg.*
(4) Iulianus, *omitenla Hal. Vulg.*

tetur, quibus, si verus procurator egisset, domino aut ipso iure, aut propter (1) exceptionem actio inutilis esset.

§ 9.—Qui patris nomine iniuriarum agit ob eam rem, quod filius eius verberatus pulsatusve sit, in stipulatione cogendus est filii quoque personam comprehendere, praesertim quum fieri possit, ut pater ante decedat, quam sciret, procuratorem suum egisse, et ita iniuriarum actio redeat ad filium.

§ 10.—Sed et si nepoti iniuria facta fuerit, et procurator avi propter hanc causam iniuriarum aget, non solum filii, sed etiam nepotis persona comprehendenda erit in stipulatione; quid enim prohibet, et patrem, et filium, antequam scirent procuratorem egisse, decedere? Quo casu iniquum est, fideiussores non teneri nepote iniuriarum agente.

**23.** Idem *libro V. ex Minicio.* — Procurator, quum peteret pecuniam, satisdedit amplius non peti; post iudicium acceptum extitit, qui et ipse procuratorio nomine eandem pecuniam peteret (2); quaesitum est, quum is, qui postea peteret (3), procurator non esset, et propter hoc exceptionibus procuratoriis excludi posset, num (4) fideiussores prioris procuratoris tenerentur. Iulianus respondit: verius est, non obligari fideiussores; nam in stipulatione cavetur, non petiturum eum, cuius de ea re actio, petitio, persecutio sit, et ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit; hic autem, qui procurator non est, nec actionem, nec petitionem habere intelligendus est.

**24.** Africanus *libro V. Quaestionum.* — Bonorum possessionem ab alio agnitam ratam haberi oportere eo tempore, quo adhuc in ea causa sit, ut peti possit. Itaque post centesimum diem rata (5) haberi non potest.

§ 1.—An autem et si mortuus fuisset, qui petiisset, vel furere coeperit, ratum haberi possit, videamus; nam si in universum perinde haberi debet, ac si tunc, quum ratum habeat, per eum bonorum possessionem petat, frustra his casibus ratum habetur; sed illud consequens futurum, etiam si poeniteat illum petiisse, ratum haberi non posse, quod utique sit absurdum. Rectius itaque dicitur, neutram eorum causam impedire ratihabitionem.

**25.** Idem *libro VI. Quaestionum.*— Pater dotem a se datam absente filia petiit (6), et ratam rem habituram eam cavit; ea, priusquam ratum haberet, mortua est; negavit committi stipulationem, quia, etsi verum sit, ratum eam non habuisse, nihil tamen mariti intersit, dotem restitui, quum patri etiam mortua filia salva esse dos debeat.

§ 1.—Procurator, quum ab eo aes alienum exegerat, qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habiturum cavit; deinde post tempus liberato

(1) per, *Hal. Vulg.*
(2) repeteret, *Hal.*
(3) repeteret, *Hal.*
(4) ne, *Vulg.*
(5) *Taur.*; ratam, *el códice Fl.*
(6) *Hal.*; petit, *el códice Fl.*

nario la estipulación de que se ratificará el negocio tendrá efecto en los casos en que, si hubiese ejercitado la acción un verdadero procurador, le sería inútil á su principal, ó de derecho, ó por virtud de la excepción, la acción.

§ 9.—El que en nombre de un padre ejercita la acción de injurias por esto, porque su hijo haya sido azotado ó golpeado, es obligado á comprender en la estipulación también la persona del hijo, principalmente porque podría suceder que el padre fallezca antes de saber que su procurador ejercitó la acción, y de qué este modo vuelva al hijo la acción de injurias.

§ 10.—Pero también si la injuria hubiere sido hecha á un nieto, y el procurador del abuelo ejercitare por esta causa la acción de injurias, se habrán de comprender en la estipulación no solamente la persona del hijo, sino también la del nieto; porque ¿qué impide que el padre y el hijo fallezcan antes que sepan que el procurador ejercitó la acción? En cuyo caso es injusto que los procuradores no estén obligados ejercitando el nieto la acción de injurias.

**23.** El mismo; *Doctrina de Minicio, libro V.* — Un procurador, al pedir cierta cantidad, dió fianza de que ya no sería pedida; después de aceptado el juicio hubo quien también á título de procurador pedía la misma cantidad; se preguntó, si, no siendo procurador el que la pedía después, y pudiendo ser por esto excluído con las excepciones procuratorias, estarían obligados los fiadores del primer procurador. Juliano respondió: es más verdadero que no están obligados los fiadores; porque en la estipulación se da caución de que no pedirá aquel de quien respecto á esta cosa es la acción, la petición, ó la persecución, y que ratificarán el negocio todos aquellos á quienes esta cosa perteneciere; pero se ha de entender que éste, que no es procurador, no tiene ni acción, ni petición.

**24.** Africano; *Cuestiones, libro V.*—La posesión de los bienes aceptada por otro debe ser ratificada en tiempo en que todavía se halle en situación de que pueda ser pedida. Y así, no puede ser ratificada después de los cien días.

§ 1.—Mas veamos si podrá ser ratificada también si hubiese muerto, ó hubiere comenzado á estar loco, el que la hubiese pedido; porque si respecto á todo debe ser considerado lo mismo que si por él pidiera la posesión de los bienes entonces cuando lo ratifica, en vano se ratifica en estos casos; pero habrá de ser consiguiente, que, también si se arrepintiera el que la pidió, no se podría hacer la ratificación, lo que ciertamente sería absurdo. Así, pues, con más razón se dice que ninguna de estas dos causas impide la ratificación.

**25.** El mismo; *Cuestiones, libro VI.* — Un padre pidió, estando ausente su hija, la dote dada por él, y dió caución de que ella ratificaría el asunto; ella falleció antes de ratificarlo; dijo que no tenía efecto la estipulación, porque, aunque sea verdad que ella no lo ratificó, nada le importa, sin embargo, al marido, que sea restituída la dote, porque también al padre le debe quedar á salvo la dote, muerta la hija.

§ 1.—Un procurador, habiéndole reclamado una deuda á uno que podía quedar libre por el transcurso del tiempo, dió caución de que su principal